



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/oap.html>

Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto
Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón
atque instruxit.

SANCTI THOMAE DE AQUINO.

**QUAESTIONES DISPUTATAE DE VIRTU-
TIBUS.**

QUAESTIO 1

PROOEMIUM

Et primo enim quaeritur, utrum virtu-
tes sint habitus.

Secundo utrum definitio virtutis quam
Augustinus ponit, sit conveniens.

Tertio utrum potentia animae possit
esse virtutis subiectum.

Quarto utrum irascibilis et concupisci-
bilis possint esse subiectum virtutis.

Quinto utrum voluntas sit subiectum
virtutis.

Sexto utrum in intellectu practico sit
virtus sicut in subiecto.

Septimo utrum in intellectu speculati-
vo sit virtus.

Octavo utrum virtutes insint nobis a
natura.

Nono utrum virtutes acquirantur ex
actibus.

Decimo utrum sint aliquae virtutes
homini ex infusione.

Undecimo utrum virtus infusa augea-
tur.

Duodecimo de distinctione virtutum.

Decimotertio utrum virtus sit in medi-
o.

AQUINATE
<http://www.aquinate.net/traduções.html>

Texto Taurino editado em 1953
e transferido automaticamente por
Roberto Busa SJ em fitas magnéticas
e de novo revisto e ordenado por Enri-
que Alarcón.

SANTO TOMÁS DE AQUINO.

**QUESTÕES DISPUTADAS SOBRE AS
VIRTUDES.**

QUESTÃO 1

PROÊMIO

E primeiro, se pergunta se as virtudes
são hábitos.

Segundo, se a definição da virtude es-
tabelecida por Agostinho é convenien-
te.

Terceiro, se pergunta se a potência da
alma pode ser sujeito da virtude.

Quarto, se pergunta se o irascível e o
concupiscível podem ser sujeito da
virtude.

Quinto, se pergunta se a vontade é o
sujeito da virtude.

Sexto, se pergunta se a virtude está no
intelecto prático como no sujeito.

Sétimo, se pergunta se há virtude no
intelecto especulativo.

Oitavo, se pergunta se as virtudes es-
tão por natureza em nós.

Nono, se pergunta se as virtudes são
adquiridas pelos atos.

Décimo, se pergunta se há algumas
virtudes por infusão no homem.

Décimo primeiro, se pergunta se a vir-
tude infusa aumenta.

Décimo segundo, se pergunta sobre a
distinção das virtudes.

Décimo terceiro, se pergunta se a vir-
tude é um meio [termo]

ARTICULUS 1**ARTIGO 1****ET PRIMO QUAERITUR UTRUM VIRTUTES SINT HABITUS****E PRIMEIRO SE PERGUNTA SE AS VIRTUDES SÃO HÁBITOS¹**

Et videtur quod non, sed magis actus.

E parece que não, mas antes que são atos.

1. Augustinus enim dicit in Lib. *Retract.*, quod bonus usus liberi arbitrii est virtus. Sed usus liberi arbitrii est actus. Ergo virtus est actus.

1. Com efeito, diz Agostinho no livro das *Retratações*², que o bom uso do livre arbítrio é virtude. Ora, o uso do livre arbítrio é um ato. Logo, a virtude é um ato.

2. Praeterea, praemium non debetur alicui nisi ratione actus. Debetur autem omni habenti virtutem; quia quicumque in caritate decedit, ad beatitudinem perveniet. Ergo virtus est meritum. Meritum autem est actus. Ergo virtus est actus.

2. Além do mais, o prêmio não se deve a alguém senão por razão do ato. No entanto, deve-se [um prêmio] a todo possuidor da virtude, porque qualquer um que morre na caridade alcançará a beatitude. Logo, a virtude é um mérito. No entanto, o mérito é um ato. Logo, a virtude é um ato.

3. Praeterea, quanto aliquid est in nobis Deo similius, tanto est melius. Sed maxime Deo simulamur secundum quod sumus in actu, quia est actus purus. Ergo actus est optimum eorum quae sunt in nobis. Sed virtutes sunt maxima bona quae sunt in nobis, ut Augustinus dicit in libro de libero arbitrio. Ergo virtutes sunt actus.

3. Além do mais, quanto mais algo é semelhante a Deus em nós, tanto é melhor. Ora, nos assemelhamos maximamente a Deus enquanto estamos em ato, porque [Ele] é ato puro. Logo, o ato é o ótimo daquilo que há em nós. Ora, as virtudes são os bens máximos que há em nós, como diz Agostinho no livro *O livre Arbítrio*³. Logo, as virtudes são atos.

4. Praeterea, perfectio viae respondet perfectioni patriae. Sed perfectio patriae est actus, scilicet felicitas, quae in actu consistit, secundum philosophum. Ergo et perfectio viae, scilicet virtus, actus est.

4. Além do mais, a perfeição da vida corresponde à perfeição da pátria [celeste]. Ora, a perfeição da pátria [celeste] é ato, a saber, a felicidade, que consiste em um ato, segundo o Filósofo. Logo, também a perfeição da vida, a saber, a virtude, é um ato.

5. Praeterea, contraria sunt quae in eodem genere ponuntur, et mutuo se expellunt. Sed actus peccati expellit virtutem ratione oppositionis quam habet ad ipsam. Ergo virtus est in genere actus.

5. Além do mais, os contrários são o que são postos no mesmo gênero e, mutuamente, se opõem. Ora, a ação do pecado se opõe à virtude pela razão de oposição que tem com ela mesma. Logo, a virtude está no gênero do ato.

¹ Outros lugares: *S. Th.*, I-II, q. 55, a. 1; II *Sent.*, D. 27, a. 1; III, D. 23. q.1, a.3 , q.a 1,3; II *Ethic.*, lect. 5.

² AGOSTINHO, *Retractationes*, I, 9, 6.

³ AGOSTINHO, *De libero arbitrio*, II, 19, 50.

6. Praeterea, philosophus dicit in I caeli et mundi, quod virtus est ultimum de potentia: ultimum potentiae est actus. Ergo virtus est actus.

7. Praeterea, pars rationalis est nobilior et perfectior quam pars sensitiva. Sed vis sensitiva habet suam operationem nullo habitu vel qualitate mediante. Ergo nec in parte intellectiva oportet ponere habitus, quibus mediantebus pars intellectiva perfectam operationem habeat.

8. Praeterea, philosophus dicit in VII Physic., quod virtus est dispositio perfecti ad optimum. Optimum autem est actus; dispositio autem est eiusdem generis cum eo ad quod disponit. Ergo virtus est actus.

9. Praeterea, Augustinus dicit in Lib. de moribus Ecclesiae, quod virtus est ordo amoris: ordo autem, ut ipse dicit in XIX de Civit. Dei, est parium dispariumque sua cuique tribuens loca dispositio. Virtus ergo est dispositio: non ergo habitus.

10. Praeterea, habitus est qualitas de difficili mobilis. Sed virtus est facile mobilis, quia per unum actum peccati mortalis amittitur. Ergo virtus non est habitus.

11. Praeterea, si habitibus aliquibus indigemus, qui sint virtutes, aut indigemus ad operationes naturales, aut meritorias, quae sunt quasi supernaturales. Non autem ad naturales: quia si quaelibet natura, etiam sensibilis et insensibilis, potest suam operationem perficere absque habitu, multo fortius hoc poterit rationalis natura. Similiter

6. Além do mais, diz o Filósofo no livro I *Sobre o céu e o mundo*⁴, que a virtude é o último em relação à potência; o último da potência é o ato. Logo, a virtude é um ato.

7. Além do mais, a parte racional é mais nobre e mais perfeita do que a parte sensitiva. Ora, a capacidade sensitiva tem a sua operação sem a ação mediadora de algum hábito ou qualidade. Logo, nem na parte intelectual é necessário colocar hábitos, mediante os quais a parte intelectual tenha uma operação perfeita.

8. Além do mais, diz o Filósofo no livro VII da *Física*⁵, que a virtude é uma disposição perfeita para o ótimo. No entanto, o ótimo é um ato; e a disposição é do mesmo gênero daquilo para o qual se dispõe. Logo, a virtude é um ato.

9. Além do mais, Agostinho diz no livro *Sobre os costumes da Igreja*⁶, que a virtude é a ordem do amor: porém a ordem, como o mesmo diz no livro XIX da *Cidade de Deus*⁷, é a disposição que assinala no seu lugar as coisas iguais e desiguais. Logo, a virtude é uma disposição: portanto, não é um hábito.

10. Além do mais, o hábito é uma qualidade de difícil mobilidade. Ora, a virtude é de fácil mobilidade, porque se perde por um ato de pecado mortal. Logo, a virtude não é um hábito.

11. Além do mais, se temos necessidade de que alguns hábitos sejam virtudes, necessitamos ou para as operações naturais, ou para as meritorias, que são como que sobrenaturais. No entanto, não [os necessitamos] para as [operações] naturais: porque se qualquer natureza, tanto a sensível quanto a insensível, pode realizar a sua opera-

⁴ ARISTÓTELES, *De caelo*, I, 11, 281a 14-15.

⁵ ARISTÓTELES, *Physica*, VII, 3, 246 a 11.

⁶ AGOSTINHO, *De moribus Ecclesiae*, 15.

⁷ AGOSTINHO, *De civitate Dei*, XIX, 13.

nec ad operationes meritorias, quia has Deus in nobis operatur: Philipp. II, 13. *Qui operatur in nobis velle et perficere, pro bona voluntate.* Ergo nullo modo virtutes sunt habitus.

12. Praeterea, omne agens secundum formam, semper agit secundum exigentiam illius formae, sicut calidum agit semper calefaciendo. Si ergo in mente sit aliqua habitualis forma quae virtus dicatur, oportebit quod habens virtutem, secundum virtutem operetur; quod est falsum: quia sic quilibet habens virtutem esset confirmatus. Ergo virtutes non sunt habitus.

13. Praeterea, habitus ad hoc insunt potentiis, ut tribuant eis facilitatem operandi. Sed ad actus virtutum non indigemus aliquo facilitatem faciente, ut videtur. Consistunt enim principaliter in electione et voluntate: nihil autem est facilius eo quod est in voluntate constitutum. Ergo virtutes non sunt habitus.

14. Praeterea, effectus non potest esse nobilior quam sua causa. Sed si virtus est habitus, erit causa actus, qui est habitu nobilior. Ergo non videtur conveniens quod virtus sit habitus.

15. Praeterea, medium et extrema sunt unius generis. Sed virtus moralis est medium inter passiones; passiones autem sunt de genere actuum. Ergo, et cetera.

ção sem o hábito, com muito maior razão poderá isso a natureza racional. Do mesmo modo, tampouco [os necessitamos] para as operações meritórias, porque Deus as opera em nós: Fl 2, 13: *[pois é Deus] quem opera em vós o querer e o operar, segundo a sua vontade.* Logo, de nenhum modo as virtudes são hábitos.

12. Além do mais, todo agente [que atua] de acordo com uma forma, sempre age segundo a exigência daquela forma, como o quente sempre age esquentando. Logo, se há na mente alguma forma habitual que seja chamada virtude, será necessário que quem possua a virtude aja segundo ela; o que é falso: porque, assim, qualquer um que possuísse a virtude estaria confirmado nela. Logo, as virtudes não são hábitos.

13. Além do mais, os hábitos estão nas potências para isto: para atribuir a facilidade de operar. Ora, parece que não necessitamos dos atos das virtudes para fazer algo mais facilmente. Com efeito, [os atos] são constituídos principalmente na eleição e na vontade: mas nada é mais fácil do que aquilo que está constituído na vontade. Logo, as virtudes não são hábitos.

14. Além do mais, o efeito não pode ser mais nobre do que a sua causa. Ora, se a virtude é um hábito, será causa do ato, que é mais nobre do que o hábito. Logo, não parece conveniente que a virtude seja um hábito.

15. Além do mais, o meio e os extremos são de um mesmo gênero. Ora, a virtude moral é o meio [termo] entre as paixões; no entanto, as paixões estão nos gêneros dos atos. Logo, etc.

SED CONTRA

AO CONTRÁRIO

1. Virtus, secundum Augustinum, est bona qualitas mentis. Non autem potest esse in aliqua specie nisi in prima, quae est habitus. Ergo virtus est habitus.

2. Praeterea, philosophus dicit in II Ethic., quod virtus est habitus electivus in mente consistens.

3. Praeterea, virtutes sunt in dormientibus; quia non amittuntur nisi per peccatum mortale. Non sunt autem in eis actus virtutum, quia non habent usum liberi arbitrii. Ergo virtutes non sunt actus.

RESPONDEO

Respondeo. Dicendum, quod virtus, secundum sui nominis rationem, potentiae complementum designat; unde et vis dicitur, secundum quod res aliqua per potestatem completam quam habet, potest sequi suum impetum vel motum. Virtus enim, secundum suum nomen, potestatis perfectionem demonstrat; unde philosophus dicit in I caeli et mundi, quod virtus est ultimum in re de potentia. Quia vero potentia ad actum dicitur, complementum potentiae attenditur penes hoc quod completam operationem suscipit. Quia vero operatio est finis operantis, cum omnis res, secundum philosophum in I caeli et mundi, sit propter suam operationem, sicut propter finem proximum; unumquodque est bonum, secundum quod habet complementum ordinem ad suum finem. Inde est quod virtus bonum facit habentem, et opus eius reddit bonum, ut dicitur in II Ethic.; et per hunc etiam modum patet

1. Segundo Agostinho⁸, a virtude é uma boa qualidade da mente. No entanto, não pode estar em alguma espécie [de qualidade] senão na primeira, que é a do hábito. Logo, a virtude é um hábito.

2. Além do mais, o Filósofo diz no livro II da *Ética*⁹, que a virtude é um hábito eletivo que permanece na mente.

3. Além do mais, há virtudes nos que dormem; porque [estas] não se perdem senão pelo pecado mortal. No entanto, não há neles atos de virtude, porque não têm o uso do livre arbítrio. Logo, as virtudes não são atos.

RESPONDO

Respondo dizendo que a virtude, conforme o sentido do seu nome, designa o complemento da potência; por isso que também se chama força, enquanto que alguma coisa pelo poder completo que tem pode seguir o seu ímpeto ou movimento. Com efeito, a virtude, conforme o seu nome, designa a perfeição do poder [operativo]; por isso diz o Filósofo no livro I do *Sobre o céu e o mundo*¹⁰, que a virtude é o último na realidade da potência. Mas porque a potência se diz ordenada ao ato, o complemento da potência se considera enquanto relativo ao que realiza a operação perfeita. E, porque a operação é o fim do que opera, pois toda coisa existe, segundo o Filósofo no livro I do *Sobre o céu e o mundo*¹¹, por causa da sua operação, como o seu fim próximo; cada coisa é boa, na medida em que se completamente para o seu fim. É por isso que a virtude torna bom o que a possui, e torna boa a sua obra, como

⁸ AGOSTINHO, *Sententiarum*, II, 18.

⁹ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, II, 6 1106 b 36.

¹⁰ ARISTÓTELES, *De caelo*, I, 11, 281 a 14 e 15.

¹¹ ARISTÓTELES, *De caelo*, II, 3, 286 a 7 e ss.

quod est dispositio perfecti ad optimum, ut dicitur in VII Metaph. Et haec omnia conveniunt virtuti cuiuscumque rei. Nam virtus equi est quae facit ipsum bonum, et opus ipsius; similiter virtus lapidis, vel hominis, vel cuiuscumque alterius. Secundum autem diversam conditionem potentialium, diversus est modus complexionis ipsius. Est enim aliqua potentia tantum agens; aliqua tantum acta vel mota; alia vero agens et acta. Potentia igitur quae est tantum agens, non indiget, ad hoc quod sit principium actus, aliquo inducto; unde virtus talis potentiae nihil est aliud quam ipsa potentia. Talis autem potentia est divina, intellectus agens, et potentiae naturales; unde harum potentialium virtutes non sunt aliqui habitus, sed ipsae potentiae in seipsis completae. Illae vero potentiae sunt tantum actae quae non agunt nisi ab aliis motae; nec est in eis agere vel non agere, sed secundum impetum virtutis moventis agunt; et tales sunt vires sensitivae secundum se consideratae; unde in III Ethic. dicitur, quod sensus nullius actus est principium: et hae potentiae perficiuntur ad suos actus per aliquid superinductum; quod tamen non inest eis sicut aliqua forma manens in subiecto, sed solum per modum passionis, sicut species in pupilla. Unde nec harum potentialium virtutes sunt habitus, sed magis ipsae potentiae, secundum quod sunt actu passae a suis activis. Potentiae vero illae sunt agentes et actae quae ita moventur a suis activis, quod tamen per eas non determinantur ad unum; sed

foi dito no livro II da *Ética*¹² e, deste modo, também é evidente que [a virtude] é a disposição do perfeito para o ótimo, como se diz no livro VII da *Metafísica*¹³. E tudo isso convém à virtude de qualquer coisa. Pois a virtude do cavalo é o que o faz bom e boa a sua obra; de um modo semelhante à virtude da pedra, ou do homem, ou de qualquer outra coisa. No entanto, assim como é diversa condição das potências, diverso é o modo da sua compleição. Com efeito, há uma potência só do agente, uma outra só atuada ou movida; outra, de fato, agente e atuada. Por conseguinte, a potência que é só agente, não necessita de algo que a conduza para que seja princípio do ato [perfeito], por isso a virtude de tal potência não é algo diferente da mesma potência. No entanto, tais potências são a divina, o intelecto agente e as potências naturais; por isso, as virtudes destas potências não são certos hábitos, mas as próprias potências em si mesmas completas. Por outro lado, não são atuadas aquelas potências que não atuam senão movidas por outros; nem é possível nelas o atuar ou o não atuar, mas atuam segundo o ímpeto do poder do que move; e tais são as capacidades sensitivas consideradas em si mesmas; por isso se diz no livro III da *Ética*¹⁴, que o sentido não é o princípio de nenhum ato: e estas potências se aperfeiçoam em relação aos seus atos por algo acrescentado; que, no entanto, não inere nelas como certa forma que permanece no sujeito, mas somente pelo modo da paixão, como as espé-

¹² ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, II, 5, 1106 a 14-15.

¹³ Tudo indica, segundo aquilo a que o próprio Tomás irá se referir mais adiante, que se trata da obra *Physica* e não da *Metaphysica*. Muito provavelmente trata-se de um erro de copista. Veja em: ARISTÓTELES, *Physica*, VII, 3, 246 a 11; 246 b 3. E 247 a 3.

¹⁴ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, III, 6, 1139 a 19-20.

¹⁵ AVERRÓIS, *In Aristotelis De Anima libros*, III, 18 b 26.

¹⁶ AGOSTINHO, *De bono coniugali*, 21, 25.

¹⁷ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, III, 8, 1117 a 23; V, 14, 1137 a 4.

¹⁸ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, II, 3, 1104 b 4.

in eis est agere, sicut vires aliquo modo rationales; et hae potentiae complentur ad agendum per aliquid superinductum, quod non est in eis per modum passionis tantum, sed per modum formae quiescentis, et manentis in subiecto; ita tamen quod per eas non de necessitate potentia ad unum cogatur; quia sic potentia non esset domina sui actus. Harum potentiarum virtutes non sunt ipsae potentiae; neque passionis, sicut est in sensitivis potentiis; neque qualitates de necessitate agentes, sicut sunt qualitates rerum naturalium; sed sunt habitus, secundum quos potest quis agere cum voluerit ut dicit Commentator in III de anima. Et Augustinus in Lib. de bono coniugali dicit, quod habitus est quo quis agit, cum tempus affuerit. Sic ergo patet quod virtutes sunt habitus. Et qualiter habitus distent a secunda et tertia specie qualitatis, qualiter autem a quarta differant, in promptu est: nam figura non dicit ordinem ad actum quantum in se est. Ex his etiam potest patere quod habitus virtutum ad tria indigemus. Primo ut sit uniformitas in sua operatione; ea enim quae ex sola operatione dependent, facile immutantur, nisi secundum aliquam inclinationem habituales fuerint stabilita. Secundo ut operatio perfecta in promptu habeatur. Nisi enim potentia rationalis per habitum aliquo modo inclinetur ad unum, oportebit semper, cum necesse fuerit operari, praecedere inquisitionem de operatione; sicut patet de eo qui vult considerare nondum habens scientiae habitum, et qui vult secundum virtutem agere habitu virtutis carens. Unde philosophus dicit in V Ethic., quod repentina sunt ab habitu. Tertio ut delectabiliter perfecta operatio compleatur. Quod quidem fit per habitum; qui cum sit per modum cuiusdam naturae, operationem sibi propriam quasi naturalem reddit, et per consequens delec-

cias [impressas] na pupila. Por isso as virtudes destas potências não são hábitos, mas antes as mesmas potências, segundo o que são afetadas pela atualização de seus [princípios] ativos. Contudo, as agentes e atuadas são aquelas potências movidas de tal maneira pelos seus [princípios] ativos que, no entanto, não são determinadas por elas mesmas a uma só coisa; mas o atuar está nelas, assim como de algum modo as capacidades racionais. Estas potências são aperfeiçoadas para atuar por algo acrescentado, que não está nelas só por um modo da paixão, mas pelo modo da forma que repousa e permanece no sujeito. Contudo, [são afetadas] de tal forma por essas [determinações] que a potência não necessariamente é forçada a uma só coisa, porque assim a potência não seria senhora do seu ato. As virtudes destas potências não são as potências mesmas; nem as paixões, como ocorre nas potências sensitivas; nem qualidades necessariamente agentes, como são as qualidades das coisas naturais; mas são hábitos, segundo o que alguém pode agir enquanto quer, como diz o Comentador no livro III *Sobre a Alma*¹⁵. E diz Agostinho no livro *Do bem conjugal*¹⁶, que o hábito é o que alguém age, quando chega a ocasião. Portanto, desta forma é evidente que as virtudes são hábitos. E está claro de que maneira os hábitos se diferenciam da segunda e da terceira espécie de qualidade e, no entanto, de que modo se diferenciam da quarta: pois a figura não implica ordem ao ato enquanto ao que é em si. A partir disso também pode ser evidente que necessitamos dos hábitos das virtudes por três motivos: Primeiro, para que haja uniformidade em sua operação; pois aquilo que só depende da operação se altera facilmente, a não ser que se torne estável por alguma inclinação habitual. Se-

tabilem. Nam convenientia est delectationis causa; unde philosophus, in II Ethic., ponit signum habitus, delectationem in opere existentem.

gundo, para que a operação perfeita se realize facilmente. Com efeito, a não ser que por algum modo a potência racional se incline a uma só coisa, será necessário, quando for preciso agir, que preceda [à obra] um exame da operação; como é evidente no caso daquele que quer refletir sem possuir ainda o hábito da ciência, e quem quer agir segundo a vontade, carecendo do hábito da virtude. Por isso diz o Filósofo no livro V da *Ética*¹⁷, que [os atos] se tornam repentinos pelo hábito. Terceiro, para que a operação perfeita seja completada com deleite, o que certamente se faz por hábito; o que, enquanto ocorre pelo modo de certa natureza, faz a sua operação própria como natural e, por conseguinte, deleitável. Pois a conveniência é causa do deleite; por isso o Filósofo, no livro II da *Ética*¹⁸, põe como sinal do hábito a deleitação na realização do agir.

RESPONSIONES AD ARGUMENTA

1. Ad primum ergo dicendum, quod sicut potestas, ita et virtus accipitur dupliciter. Uno modo materialiter, prout dicimus, id quod possumus, esse nostram potentiam; et sic Augustinus bonum usum liberi arbitrii dicit esse virtutem. Alio modo essentialiter; et sic neque potentia neque virtus est actus.

2. Ad secundum dicendum, quod mereri dupliciter accipitur. Uno modo proprie; et sic nihil aliud est quam facere aliquam actionem unde aliquis sibi iuste acquirat mercedem. Alio modo improprie; et sic quaelibet conditio quae facit hominem aliquo modo dignum, meritum dicitur; ut si dicamus,

RESPOSTAS AOS ARGUMENTOS¹⁹

1. Respondo dizendo que da mesma forma que o poder, assim também a virtude se considera de duas maneiras. De um modo, materialmente, enquanto dissemos que o que podemos é a nossa potência; e, assim, Agostinho diz que o bom uso do livre arbítrio é a virtude. De outro modo, essencialmente; e, assim, nem a potência, nem a virtude são atos.

2. Respondo dizendo que o merecer se considera de duas maneiras. De um modo, propriamente; e assim não é outra coisa que realizar alguma ação porque alguém obteve para si a recompensa. De outro modo, impropriamente; e assim qualquer condição que faça o homem de algum modo

¹⁹ Na edição reproduzida por Enrique Alarcón (Taurini) não há esta divisão que ora propomos: *Responiones ad argumenta*. Do mesmo modo, quando necessário, inserimos *Responiones ad sed contra*, com este intuito de orientar o leitor quanto à dinâmica da argumentação e exposição do Aquinate.

quod species Priami meruit imperium, quia digna imperio fuit. Praemium ergo cum merito debeat, debetur quodammodo et qualitati habituali, per quam aliquis redditur idoneus ad praemium: et sic debetur parvulis baptizatis. Et iterum debetur merito actuali; et sic non debetur virtuti, sed actui virtutis. Et tamen etiam parvulis quodammodo redditur ratione meriti actualis, in quantum ex merito Christi sacramentum efficaciam habet, quo regenerantur ad vitam.

3. Ad tertium dicendum, quod Augustinus dicit, virtutes esse maxima bona, non simpliciter, sed in genere; sicut et ignis dicitur subtilissimum corporum. Unde non sequitur quod nihil sit in nobis ipsis virtutibus melius; sed quod sint de numero eorum quae sunt maxima bona secundum genus suum.

4. Ad quartum dicendum, quod sicut in vita est perfectio habitualis quae est virtus, et perfectio actualis quae est virtutis actus; ita etiam in ipsa patria felicitas est perfectio actualis, procedens ex aliquo habitu consummato. Unde etiam philosophus in I Ethic. dicit, quod felicitas est operatio secundum virtutem perfectam.

5. Ad quintum dicendum, quod actus vitiosus directe tollit actum virtutis per modum contrarietatis; ipsum vero virtutis habitum tollit per accidens, in quantum separatur a causa virtutis infusae, scilicet a Deo. Unde Is., LIX, 2: *peccata vestra diviserunt inter vos et Deum vestrum*. Et propter hoc virtutes acquisitae, per unum actum

digno se denomina mérito; como se disséssemos que a linhagem de Príamo mereceu o império, porque foi digna do império. Logo, como o prêmio se deve ao mérito, também se deve de algum modo à qualidade habitual, por que alguém se torna apto para o prêmio: e desta forma se deve às crianças batizadas. E de outro modo, se deve ao mérito atual; e assim não se deve à virtude, mas ao ato da virtude. No entanto, [o prêmio] também é concedido, de algum modo, às crianças por razão do mérito atual, enquanto tem eficácia o sacramento porque somos regenerados para a vida [eterna] através dos méritos de Cristo.

3. Respondo dizendo que Agostinho afirma que as virtudes são os bens máximos, não absolutamente, mas dentro de um gênero; como também se diz que o fogo é o mais sublime dos corpos. Por isso não se segue que haja em nós nada melhor do que as próprias virtudes; mas que pertencem ao número daquelas coisas que são bens máximos conforme o seu gênero.

4. Respondo dizendo que assim como na vida há uma perfeição habitual que é a virtude, e uma perfeição atual que é o ato da virtude; assim também na mesma pátria [celeste] a felicidade é a perfeição atual, que procede a partir de um hábito consumado. Por isso também o Filósofo, no livro I da *Ética*²⁰, diz que a felicidade é a operação conforme a virtude perfeita.

5. Respondo dizendo que o ato vicioso exclui diretamente o ato da virtude por um modo de contrariedade; mas exclui o mesmo hábito da virtude por acidente, enquanto é separado da causa da virtude infusa, isto é, de Deus. Por isso [se diz em] Is 59, 2: *São vossos pecados que colocaram uma barreira entre vós e vosso Deus*. E por causa dis-

²⁰ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, I, 8, 1098 b 31; 13, 1102 a 5.

vitiosum non tolluntur.

6. Ad sextum dicendum, quod illa definitio philosophi potest dupliciter intelligi. Uno modo materialiter, ut per virtutem intelligamus id in quod virtus potest, quod est ultimum inter ea in quae potentia potest; sicut virtus eius qui potest ferre centum libras, est in eo in quantum potest ferre centum libras non in quantum ferre potest sexaginta. Alio modo potest intelligi essentialiter; et sic virtus dicitur ultimum potentiae, quia designat potentiae complementum; sive id per quod potentia completur, sit aliud a potentia, sive non.

7. Ad septimum dicendum, quod non est similis ratio de potentiis sensitivis et rationabilibus, ut dictum est.

8. Ad octavum dicendum, quod dispositio ad aliquid dicitur id per quod aliquid movetur in illud consequendum. Motus autem habet quandoque terminum in eodem genere, sicut motus alterationis est qualitas; unde dispositio ad hunc terminum semper est eiusdem generis cum termino. Quandoque vero habet terminum alterius generis, sicut alterationis terminus est forma substantialis; et sic dispositio non est semper eiusdem generis cum eo ad quod disponit; sicut calor est dispositio ad formam substantialem ignis.

9. Ad nonum dicendum, quod dispositio dicitur tribus modis. Uno modo per quam materia disponitur ad formae receptionem, sicut calor est dispositio ad formam ignis. Alio modo per quam aliquod agens disponitur ad agendum, sicut velocitas est dispositio ad cursum. Tertio modo dispositio dicitur ipsa ordinatio aliquorum ad invicem; et hoc modo dispositio ab Augus-

so, as virtudes adquiridas não se perdem por um só ato vicioso.

6. Respondo dizendo que aquela definição do Filósofo pode ser entendida de duas maneiras. De um modo, materialmente, quando por virtude entendemos o que a virtude pode, que é o último em relação ao que pode a potência, como a virtude daquilo que pode carregar cem libras está naquele enquanto pode carregar cem libras, não enquanto pode carregar sessenta. De outro modo, pode ser entendida essencialmente; e assim a virtude se diz o último da potência, porque designa o complemento da potência; seja aquilo pelo qual a potência se completa, seja algo diferente da potência ou não.

7. Respondo dizendo que não é semelhante a noção das potências sensitivas e das racionais, como foi dito.

8. Respondo dizendo que a disposição para algo se diz pelo que algo se move até aquilo para alcançá-lo. No entanto, o movimento, às vezes, tem o término no mesmo gênero, como o movimento da alteração é uma qualidade; por isso a disposição para este término sempre é do mesmo gênero que o término. Mas outras vezes, tem o término de outro gênero, assim como o término de uma alteração é a forma substancial; e assim a disposição não é sempre do mesmo gênero que aquele para o qual se dispõe como, por exemplo, o calor é a disposição para a forma substancial do fogo.

9. Respondo dizendo que a disposição se diz de três modos. Um modo, pelo que a matéria se dispõe para a recepção da forma, como o calor é a disposição para a forma do fogo. De outro modo, pelo qual algum agente se dispõe para a ação, como a velocidade é a disposição para o percurso. O terceiro modo se chama disposição à própria ordenação de alguns reciprocamente;

tino sumitur. Dispositio vero contra habitum dividitur primo modo; ipsa vero virtus, dispositio est secundo modo.

10. Ad decimum dicendum, quod nulla res est adeo stabilis, quae non statim ex se deficiat, sua causa deficiente. Unde non est mirum, si deficiente coniunctione ad Deum per peccatum mortale, deficiat virtus infusa. Nec hoc repugnat suae immobilitati, quae intelligi non potest nisi sua causa manente.

11. Ad undecimum dicendum, quod ad utrasque operationes habitu indigemus; ad naturales quidem tribus rationibus superius positis; ad meritorias autem insuper, ut naturalis potentia elevetur ad id quod est supra naturam ex habitu infuso. Nec hoc removetur ex hoc quod Deus in nobis operatur; quia ita agit in nobis, quod et nos agimus; unde habitu indigemus, quo sufficienter agere possimus.

12. Ad duodecimum dicendum, quod omnis forma recipitur in suo supposito secundum modum recipientis. Proprietas autem rationalis potentiae est ut in opposita possit, et ut sit domina sui actus. Unde nunquam per formam habitualement receptam cogitur potentia rationalis ad similiter agendum; sed potest agere vel non agere.

13. Ad decimumtertium dicendum, quod illa quae in sola electione consistunt facile est quod qualitercumque fiant; sed quod debito modo fiant, scilicet expedite, firmiter, et delectabiliter, hoc non est facile; unde ad hoc habitibus virtutum indigemus.

14. Ad decimumquartum dicendum, quod omnes motus animalium vel hominum, qui de novo incipiunt, sunt

e, deste modo, a disposição é assumida por Agostinho. Porém, a disposição se distingue em relação ao hábito do primeiro modo; mas a virtude é ela mesma uma disposição, conforme o modo.

10. Respondo dizendo que nenhuma coisa é de tal modo estável, que não cesse imediatamente por si, se a sua causa cesse. Por isso, não é admirável que pelo pecado mortal cesse a comunhão com Deus, cesse a virtude infusa. Nem isto se opõe à sua imobilidade, que não pode ser compreendida senão mantendo a sua causa.

11. Respondo dizendo que necessitamos do hábito para ambas as operações; para as naturais, certamente, por três razões estabelecidas acima; no entanto, também para as meritorias, para que a potência natural se eleve a partir do hábito infuso para o que está sobre a natureza. Tampouco isto se exclui pelo fato de que Deus aja em nós; porque age em nós de tal maneira que também nós ajamos; por isso que necessitamos do hábito, para que possamos agir completamente.

12. Respondo dizendo que toda forma é recebida em seu suposto conforme o modo de quem recebe. No entanto, a propriedade da potência racional é para que possa [realizar] os opostos, e para que seja senhora do seu ato. Por isso, nunca a potência racional será forçada pela forma habitual recebida a atuar do mesmo modo; sem que possa atuar ou não atuar.

13. Respondo dizendo que aquilo que depende só da eleição é fácil que se faça de qualquer modo; mas que se faça do modo devido, a saber, rápido, firme e com deleite, isso não é fácil; por isso necessitamos dos hábitos das virtudes.

14. Respondo dizendo que todos os movimentos dos animais ou dos homens, que começam novamente, pro-

ab aliquo movente moto, et dependent ab aliquo priori actu existente; et sic habitus de se actum non elicit, nisi ab aliquo agente excitatus.

15. Ad decimumquintum dicendum, quod virtus est medium inter passiones, non quasi aliqua passio media; sed actio, quae in passionibus medium constituit.

ARTICULUS 2

SECUNDO QUAERITUR UTRUM DEFINITIO VIRTUTIS QUAM AUGUSTINUS PONIT SIT CONVENIENS, SCILICET: VIRTUS EST BONA QUALITAS MENTIS, QUA RECTE VIVITUR, QUA NEMO MALE UTITUR, QUAM DEUS IN NOBIS SINE NOBIS OPERATUR.

Et videtur quod sit inconveniens.

1. Virtus enim est bonitas quaedam. Si ergo ipsa est bona: aut ergo sua bonitate, aut alia. Si alia, procedetur in infinitum: si seipsa, ergo virtus est bonitas prima quia sola bonitas prima est bona per seipsam.

2. Praeterea, illud quod est commune omni enti, non debet poni in definitione alicuius. Sed bonum, quod convertitur cum ente, est commune omni enti. Ergo non debet poni in definitione virtutis.

3. Praeterea, sicut bonum est in moralibus, ita et in naturalibus. Sed bonum et malum in naturalibus non diversificant speciem. Ergo nec in definitione virtutis debet poni bona, quasi differentia specifica ipsius virtutis.

4. Praeterea, differentia non includitur in ratione generis. Sed bonum

cedem de algum movente movido e depende de algo anterior existente em ato; e assim o hábito não realiza o ato por si mesmo, senão excitado por algum agente.

15. Respondo dizendo que a virtude é o meio entre as paixões, não como alguma paixão intermediária; mas uma ação, que constitui o meio nas paixões.

ARTIGO 2

SEGUNDO, SE A DEFINIÇÃO DE VIRTUDE ESTABELECIDADA POR AGOSTINHO É CONVENIENTE, A SABER: A VIRTUDE É UMA BOA QUALIDADE DA MENTE, PELA QUAL SE VIVE COM RETIDÃO, EM QUE NADA SE FAZ MAU USO, E QUE DEUS AGE EM NÓS SEM NÓS^{21 22}

E parece que é inconveniente.

1. Com efeito, a virtude é certa bondade. Logo, se ela mesma é boa: ou, portanto, [é] por sua bondade, ou por outra. Se por outra, se procede até o infinito: se por ela mesma, logo a virtude é a bondade primeira porque só a bondade primeira é boa por si mesma.

2. Além do mais, aquilo que é comum a todo ente não deve ser posto na definição de alguma coisa. Ora, o bem, que se converte com o ente, é comum a todo ente. Logo, não deve ser posto na definição da virtude.

3. Além de mais, assim como o bem está nas coisas morais, assim também [está] nas naturais. Ora, o bem e o mal não diversificam a espécie nas coisas naturais. Logo, nem na definição da virtude deve ser posta “boa”, como a diferença específica da própria virtude.

4. Além do mais, a diferença não se inclui na noção do gênero. Ora, o bem

²¹ *Apud* PEDRO LOMBARDO, *Liber Sententiarum*, 2 d. 27, 1.

²² Outros lugares: *S. Th.*, I-II, q. 55, a. 4; II *Sent.*, D. 27, a. 2.

includitur in ratione qualitatis, sicut et ens. Ergo non debet addi in definitione virtutis, ut dicatur: *virtus est bona qualitas mentis* et cetera.

5. Praeterea, malum et bonum sunt opposita. Sed malum non constituit aliquam speciem, cum sit privatio. Ergo nec bonum; ergo non debet poni in definitione virtutis tamquam differentia constitutiva.

6. Praeterea, malum et bonum sunt opposita. Sed malum non constituit aliquam speciem, cum sit privatio. Ergo nec bonum; ergo non debet poni in definitione virtutis tamquam differentia constitutiva.

7. Praeterea, ex duobus actibus nihil fit. Sed bonum importat actum quemdam, et qualitas similiter. Ergo male dicitur, quod virtus sit bona qualitas.

8. Praeterea, quod praedicatur in abstracto, non praedicatur in concreto; sicut albedo est color, non tamen colorata. Sed bonitas praedicatur de virtute in abstracto. Ergo non praedicatur in concreto; ergo non bene dicitur: *virtus est bona qualitas*.

9. Praeterea, nulla differentia praedicatur in abstracto de specie unde dicit Avicenna, quod homo non est rationalitas, sed rationale. Sed virtus est bonitas. Ergo bonitas non est differentia virtutis; ergo non bene dicitur: *virtus est bona qualitas*.

10. Praeterea, malum moris idem est quod vitium. Ergo bonum moris idem est quod virtus; ergo bonum non debet poni in definitione virtutis, quia sic idem definiret seipsum.

11. Praeterea, mens ad intellectum

se inclui na noção da qualidade, como também o ente. Logo, não se deve adicionar à definição da virtude, quando se diz: *a virtude é uma boa qualidade da mente* etc.

5. Além do mais, o mal e o bem são opostos. Ora, o mal não constitui alguma espécie, posto que é uma privação. Logo, nem o bem [também o constitui]; portanto, não se deve pôr na definição da virtude a diferença constitutiva.

6. Além do mais, o bem é mais amplo do que a qualidade. Logo, pelo bem não se difere uma qualidade da outra; portanto não se deve pôr o bem na definição da virtude, como diferença da qualidade ou da virtude.

7. Além do mais, a partir de dois atos nada se faz. Ora, o bem implica certo ato e, do mesmo modo, a qualidade. Logo, se diz mal que a virtude seja uma boa qualidade.

8. Além do mais, o que se predica em abstracto, não se predica em concreto; como o branco é uma cor, porém não algo colorido. Ora, a bondade se predica da virtude em abstracto. Logo, não se predica em concreto; portanto, não se diz bem: *a virtude é uma boa qualidade*.

9. Além do mais, nenhuma diferença se predica em abstracto em relação à espécie, por isso diz Avicena²³ que o homem não é a racionalidade, mas racional. Ora, a virtude é a bondade. Logo, a bondade não se diferencia da virtude; portanto não se diz bem: *a virtude é uma boa qualidade*.

10. Além do mais, o mal moral é o mesmo que o vício. Logo, o bem moral é o mesmo que a virtude; portanto não se deve pôr o bem na definição de virtude, porque assim se definiria a mesma coisa por si mesma.

11. Além do mais, a mente pertence ao

²³ AVICENA, *Metaphysica*, V, 6, 233 1.

pertinet. Sed virtus magis respicit affectum. Ergo male dicitur, quod virtus sit bona qualitas mentis.

12. Praeterea, secundum Augustinum, mens nominat superiorem partem animae. Sed aliquae virtutes sunt in inferioribus potentiis. Ergo male ponitur in definitione virtutis *bona qualitas mentis*.

13. Praeterea, subiectum virtutis nominat potentiam, non essentiam. Sed mens videtur nominare essentiam animae; quia dicit Augustinus, quod in mente est intelligentia, memoria et voluntas. Ergo non debet poni mens in definitione virtutis.

14. Praeterea, illud quod est proprium speciei, non debet poni in definitione generis. Sed rectitudo est proprium iustitiae. Ergo non debet poni rectitudo in definitione virtutis, ut dicatur *bona qualitas mentis, qua recte vivitur*.

15. Praeterea, vivere viventibus est esse. Sed virtus non perficit ad esse, sed ad opera. Ergo male dicitur, *qua recte vivitur*.

16. Praeterea, quicumque superbit de aliqua re, male utitur ea. Sed de virtutibus aliquis superbit. Ergo virtutibus aliquis male utitur.

17. Praeterea, Augustinus in libro de Lib. Arbit. dicit, quod solum maximis bonis nullus male utitur. Sed virtus non est de maximis bonis; quia maxima bona sunt quae propter se appetuntur; quod non convenit virtutibus, cum propter aliud appetantur, quia propter felicitatem. Ergo male ponitur qua nullus male utitur.

18. Praeterea, ab eodem aliquid gene-

intellecto. Ora, a virtude se refere mais ao afeto. Logo, se diz mal que a virtude seja uma boa qualidade da mente.

12. Além do mais, segundo Agostinho²⁴, a mente designa a parte superior da alma. Ora, há algumas virtudes nas potências inferiores. Logo, se afirma mal na definição de virtude: *boa qualidade da mente*.

13. Além do mais, o sujeito da virtude designa a potência [da alma], não a [sua] essência. Ora, a mente parece designar a essência da alma; porque Agostinho²⁵ diz que na mente há a inteligência, a memória e a vontade. Logo, não se deve pôr a mente na definição da virtude.

14. Além do mais, aquilo que é próprio da espécie, não se deve pôr na definição do gênero. Ora, a retidão é própria da justiça. Logo, não se deve pôr a retidão na definição da virtude, quando se diz *boa qualidade da mente, pela qual se vive com retidão*.

15. Além do mais, para os vivos, viver é ser. Ora, a virtude não aperfeiçoa o ser, mas as obras; Logo, se diz mal, *pelo qual se vive com retidão*.

16. Além do mais, qualquer um que se ensoberbeça de alguma coisa, faz mau uso dela. Ora, há quem se ensoberbeça pelas virtudes [que possui]. Logo, há quem faz mau uso das virtudes.

17. Além do mais, Agostinho, no livro *O livre Arbítrio*²⁶, diz que só os máximos bens em nada se usam mal. Ora, a virtude não está entre os máximos bens; porque os bens máximos são apetecidos por causa de si mesmos; o que não convém às virtudes, pois são apetecidas em função de outra coisa, por causa da felicidade. Logo, se afirma mal que de nenhum mau se faz uso.

18. Além do mais, é em razão de si

²⁴ AGOSTINHO, *De Trinitate*, XII, 3; 4; 12.

²⁵ AGOSTINHO, *De Trinitate*, XII, 3, 3.

²⁶ AGOSTINHO, *De libero arbitrio*, II, 18, 48 e 50.

ratur et nutritur et augetur. Sed virtus per actus nostros nutritur et augetur; quia diminutio cupiditatis est augmentum caritatis. Ergo per actus nostros virtus generatur; ergo male ponitur in definitione, *quam Deus in nobis sine nobis operatur*.

19. Praeterea, removens prohibens ponitur movens et causa. Sed liberum arbitrium est quodammodo removens prohibens virtutis. Ergo est quodammodo causa; ergo non bene ponitur, quod sine nobis Deus virtutem operetur.

20. Praeterea, Augustinus dicit: *qui creavit te sine te, non iustificabit te sine te*. Ergo et cetera.

21. Praeterea, ista definitio convenit gratiae, ut videtur. Sed virtus et gratia non sunt unum et idem. Ergo non bene definitur per hanc definitionem virtus.

RESPONDEO

Respondeo. Dicendum, quod ista definitio complectitur definitionem virtutis, etiam si ultima particula omittatur; et convenit omni virtuti humanae. Sicut enim dictum est, virtus perficit potentiam in comparatione ad actum perfectum; actus autem perfectus est finis potentiae vel operantis; unde virtus facit et potentiam bonam et operantem, ut prius dictum est. Et ideo in definitione virtutis aliquid ponitur quod pertinet ad perfectionem actus, et aliquid quod pertinet ad perfectionem potentiae vel operantis. Ad perfectionem autem actus duo requiruntur. Requiritur autem quod actus sit rectus, et quod habitus non

mesmo que algo é gerado, conservado e aumentado. Ora, a virtude se conserva e cresce por nossos atos; porque a diminuição da concupiscência é o aumento da caridade. Logo, a virtude é gerada pelos nossos atos; portanto, se afirma mal na definição: *que Deus age em nós sem nós*.

19. Além do mais, o que remove um impedimento é considerado como o movente e a causa. Ora, o livre arbítrio é de algum modo o que remove o impedimento da virtude. Logo, é de algum modo causa; portanto, não se afirma bem que Deus opera em nós a virtude sem nós.

20. Além do mais, diz Agostinho²⁷: *quem te criou sem ti, não te salvará sem ti*. Logo, etc.

21. Além do mais, parece que essa definição convém à graça. Ora, a virtude e a graça não são a mesma coisa. Logo, a virtude não se define bem através desta definição.

RESPONDO

Respondo dizendo que esta definição complementa a definição da virtude, ainda que se omita a última parte; e é apropriada para toda a virtude humana. Com efeito, assim como foi dito, a virtude aperfeiçoa a potência em comparação ao ato perfeito, mas o ato perfeito é o fim da potência ou do que opera; por isso a virtude torna boa a potência e também quem a opera, como foi dito antes. E por causa disso na definição de virtude é posto algo que corresponda à perfeição do ato e algo que corresponda à perfeição da potência, ou do que opera. No entanto, para a perfeição do ato se requerem duas coisas. Pois se requer que o ato seja reto e que o hábito não possa ser prin-

²⁷ AGOSTINHO, *In Joannis Evangelium*, LXXII, 2.

possit esse principium contrarii actus. Illud enim quod est principium boni et mali actus, non potest esse, quantum est de se, principium perfectum boni actus; quia habitus est perfectio potentiae. Oportet ergo quod ita sit principium actus boni, quod nullo modo mali; propter quod philosophus dicit in VI Ethic., quod opinio, quae potest esse vera et falsa, non est virtus; sed scientia, quae non est nisi de vero. Primum designatur in hoc quod dicitur, *qua recte vivitur*: secundum, in hoc quod dicitur, *qua nemo male utitur*. Ad hoc vero quod virtus facit subiectum bonum, tria sunt ibi consideranda. Subiectum ipsum: et hoc determinatur cum dicitur *mentis*; quia virtus humana non potest esse nisi in eo quod est hominis in quantum est homo. Perfectio vero intellectus designatur in hoc quod dicitur *bona*; quia bonum dicitur secundum ordinem ad finem. Modus autem inhaerendi designatur in hoc quod dicitur *qualitas*; quia virtus non inest per modum passionis, sed per modum habitus; ut supra dictum est. Haec autem omnia conveniunt tam virtuti morali quam intellectuali, quam theologicae, quam acquisitae, quam infusae. Hoc vero quod Augustinus addit *quam in nobis sine nobis Deus operatur*, convenit solum virtuti infusae.

cípio do ato contrário. Com efeito, aquilo que é princípio do ato bom e mau não pode ser em si mesmo princípio perfeito do ato bom; porque o hábito é a perfeição da potência. Logo, é necessário que [o hábito bom] seja princípio do ato bom e, de nenhum modo, o seja do [ato] mau; é por causa disso que o Filósofo diz no livro VI da *Ética*²⁸, que não há opinião acerca da virtude, pois [a opinião] pode ser verdadeira e falsa; mas há ciência, que não é senão do verdadeiro. O primeiro se indica ao dizer *pela qual se vive com retidão*: o segundo, ao dizer, *da virtude ninguém faz mau uso*. Contudo, para que a virtude torne bom o sujeito, três coisas devem ser consideradas. O próprio sujeito: e isto se determina quando se diz *da mente*; porque a virtude humana não pode ser senão o que é do homem enquanto é homem. De fato, a perfeição do intelecto se designa nisto que se diz *boa*; porque o bem se diz segundo a ordem ao fim. No entanto, o modo de inerência se indica naquilo que se diz *qualidade*, porque a virtude não inere por um modo de paixão, mas pelo modo do hábito; como foi dito acima. No entanto, todas estas considerações convêm tanto à virtude moral quanto à intelectual, tanto à teológica quanto à adquirida e à infusa. Porém, o que acrescenta Agostinho, *que Deus age em nós sem nós*, corresponde apenas à virtude infusa.

RESPONSIONES AD ARGUMENTA

1. Ad primum ergo dicendum, quod accidentia sicut non dicuntur entia quia subsistant, sed quia aliquid eis est; ita virtus non dicitur bona quod ipsa sit bona, sed qua aliquid est bonum. Unde non oportet quod virtus sit bona alia bonitate, quasi informetur

RESPOSTAS AOS ARGUMENTOS

1. Respondo dizendo que assim como os acidentes não se dizem entes porque subsistem, mas porque algo é por eles, assim também a virtude não se diz boa por ela mesma ser boa, mas porque algo é bom por ela. Por isso não é necessário que a virtude seja bo-

²⁸ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, VI, 3, 1139 b 15.

alia bonitate.

2. Ad secundum dicendum, quod bonum quod convertitur cum ente, non ponitur hic in definitione virtutis; sed bonum quod determinatur ad actum moralem.

3. Ad tertium dicendum, quod actiones diversificantur secundum formam agentis, ut calefacere et infrigidare. Bonum autem et malum sunt quasi forma et obiectum voluntatis; quia semper agens imprimit formam suam in patientem, et movens in motum. Et ideo actus morales, quorum principium est voluntas, diversificantur specie secundum bonum et malum. Principium autem naturalium operationum non est finis, sed forma; et ideo non diversificantur in naturalibus species secundum bonum et malum; sed in moralibus sic.

4. Ad quartum dicendum, quod bonitas moralis non includitur in intellectu qualitatis; et ideo ratio non est ad propositum.

5. Ad quintum dicendum, quod malum non constituit speciem ratione privationis, sed ratione eius quod privationi substernitur, quia non compatitur secum rationem boni; et ex hoc habet quod constituit speciem.

6. Ad sextum dicendum, quod obiectio illa procedit de bono naturae, non de bono moris, quod ponitur in definitione virtutis.

7. Ad septimum dicendum, quod bonitas non importat aliam bonitatem quam ipsam virtutem, ut ex dictis patet. Ipsa enim virtus per essentiam suam est qualitas; unde manifestum est quod bona et qualitas non dicunt diversos actus, sed unum.

8. Mas se diz que Deus, Quem infunde a virtude, poderia retirar totalmente a dita rebelião; mas é por nossa parte que não deixa totalmente suprimida. Mas ao contrário, o homem é o que é enquanto é racional; por causa disso se determina a espécie. Por conseguinte, na medida em que o que há no homem mais se submete à razão; tanto mais lhe compete à natureza humana. No entanto, as capacidades inferiores da alma se submeteriam maximamente à razão se a dita rebelião fosse totalmen-

⁴⁵ ARISTÓTELES, *Physica*, I, 4, 187 b 35.

competens maxime humanae naturae; et ita ex parte nostra non est impedimentum quin praedicta rebellio totaliter tollatur.

9. Praeterea, ad rationem virtutis non sufficit quod peccatum vitetur. Perfectio enim iustitiae in hoc consistit quod in Psal. XXXIII, v. 15, dicitur: *declina a malo, et fac bonum*. Sed ad irascibilem pertinet detestari malum, ut dicitur in Lib. de spiritu et anima. Ergo in irascibili ad minus non potest esse virtus.

10. Praeterea, in eodem libro dicitur, quod in ratione est desiderium virtutum, in irascibili odium vitiorum. Sed in eodem est desiderium virtutis et virtus, cum quaelibet res suam perfectionem desideret. Ergo omnis virtus est in ratione, et non in irascibili et concupiscibili.

11. Praeterea, in nulla potentia potest esse habitus quae agitur tantum et non agit; eo quod habitus est id quo quis agit cum voluerit, ut dicit Commentator in III de anima. Sed irascibilis et concupiscibilis non agunt, sed aguntur: quia ut dicitur in III Ethic., sensus nullius actus dominus est. Ergo non potest esse habitus virtutis in irascibili et concupiscibili.

12. Praeterea, proprium subiectum parificatur propriae passioni. Virtus autem parificatur rationi, non autem irascibili et concupiscibili, quae sunt nobis et brutis communes. Virtus ergo est in hominibus tantum, sicut et ratio; ergo omnis virtus est in ratione, non autem in irascibili et concupiscibili.

13. Praeterea, Rom. VII, dicit Glossa:

te suprimida. Logo, isso seria maxime o que mais convém à natureza humana; e assim não há impedimento de nossa parte para que a dita rebelião seja totalmente suprimida.

9. Além do mais, por razão da virtude não é suficiente que se evite o pecado. Com efeito, a perfeição da justiça consiste nisto que se diz no Sl 33, 15: *evita o mal e pratica o bem*. Ora, é próprio do irascível se opor ao mal, como se diz no livro *Do espírito e da alma*. Logo, ao menos no irascível não pode haver virtude.

10. Além do mais, no mesmo livro se diz que na razão está o desejo das virtudes, no irascível o ódio aos vícios. Ora, no mesmo está o desejo da virtude e a virtude, pois cada coisa deseja a sua perfeição. Logo, toda a virtude está na razão, e não no irascível e no concupiscível.

11. Além do mais, em nenhuma potência que é só atuada e não atua pode haver hábito, porque o hábito é aquilo pelo qual alguém age quando quer, como diz o Comentador no livro III *Sobre a Alma*⁴⁶. Ora, o irascível e o concupiscível não atuam, senão que são atuados: porque, como se diz no livro III da *Ética*⁴⁷, o sentido não é dono de nenhum ato. Logo, não pode haver hábito da virtude no irascível e no concupiscível.

12. Além do mais, o sujeito próprio é proporcionado à [sua] própria paixão. No entanto, a virtude é proporcionada à razão, mas não ao irascível e ao concupiscível, que são comuns a nós e aos brutos. Logo, a virtude está somente nos homens, assim como também a razão; portanto, toda a virtude está na razão, mas não no irascível e no concupiscível.

13. Além do mais, em *Rm* 7, diz a Glo-

⁴⁶ AVERRÓIS, *In Aristotelis De anima libros*, III, 18 b 26.

⁴⁷ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, II, 6, 1139 a 2.

bona est lex, quae dum concupiscentiam prohibet, omne malum prohibet. Omnia ergo vitia ad concupiscibilem pertinent, cuius est concupiscentia. Sed in eodem, sunt virtutes et vitia. Ergo virtutes non sunt in irascibili, sed in concupiscibili ad minus.

sa: boa é a lei que quando proíbe a concupiscência, proíbe todo o mal. Logo, todos os vícios pertencem à concupiscível, da qual a concupiscência é própria. Ora, no mesmo estão as virtudes e os vícios. Logo, as virtudes não estão no irascível, mas ao menos [estão] no concupiscível.

SED CONTRA

1. Est quod philosophus, dicit de temperantia et fortitudine, quod sunt irrationabilium partium. Partes autem irrationabiles, id est sensibilis appetitus, sunt irascibilis et concupiscibilis, ut habetur in III de anima. Ergo in irascibili et concupiscibili possunt esse virtutes.

2. Praeterea, peccatum veniale est dispositio ad mortale. Perfectio autem et dispositio sunt in eodem. Cum igitur veniale peccatum sit in irascibili et concupiscibili (prius enim motus est actus sensualitatis, ut ponitur in Glossa ad Rom. VIII); ergo et mortale peccatum ibi esse poterit; et sic etiam virtus, quae est peccato mortali contraria.

3. Praeterea, medium et extrema sunt in eodem. Sed virtus aliqua est medium inter contrarias passiones; sicut fortitudo inter timorem et audaciam, et temperantia inter superfluum et diminutum in concupiscentiis. Cum igitur huiusmodi passiones sint in irascibili et concupiscibili, videtur etiam quod in eisdem sit virtus.

RESPONDEO

Respondeo. Dicendum, quod circa

AO CONTRÁRIO

1. É o que o Filósofo diz sobre a temperança e a fortaleza, que estão nas partes irracionais [da alma]⁴⁸. No entanto, as partes irracionais [da alma], isto é, o apetite sensível, são o irascível e o concupiscível, como se afirma no livro III *Sobre a Alma*⁴⁹. Logo, no irascível e no concupiscível pode haver virtudes.

2. Além do mais, o pecado venial é uma disposição para o [pecado] mortal. No entanto, a perfeição e a disposição estão no mesmo. Por consequência, como o pecado venial está no irascível e no concupiscível (pois o primeiro movimento é o ato da sensualidade, como foi dito na glosa ao Rm 7); logo também o pecado mortal poderá estar lá; e assim também a virtude, que é contrária ao pecado mortal.

3. Além do mais, o meio e os extremos são em relação ao mesmo. Ora, alguma virtude é meio entre as paixões contrárias; como a fortaleza entre o temor e a audácia, e a temperança entre o superfluo e a deficiência nas concupiscências. Por consequência, como as paixões deste modo estão no irascível e no concupiscível, parece que os mesmos também estão na virtude.

RESPONDO

Respondo dizendo que em relação a

⁴⁸ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, II, 9, 1117 b 23-24.

⁴⁹ ARISTÓTELES, *De anima*, III, 9, 432 b 6-7.

quaestionem istam partim ab omnibus convenitur, et partim opiniones sibi invicem repugnant. Ab omnibus enim conceditur aliquas virtutes in irascibili et concupiscibili esse, sicut temperantiam in concupiscibili et fortitudinem in irascibili; sed in hoc est differentia. Quidam enim distinguunt duplicem irascibilem et concupiscibilem esse; in superiori parte animae, et iterum in inferiori. Dicunt enim, quod irascibilis et concupiscibilis quae sunt in superiori parte animae, cum ad naturam rationalem pertineant, possunt esse subiectum virtutis; non tamen illae quae sunt in inferiori parte ad naturam sensualem et brutalem pertinentes. Sed hoc quidem in alia quaestione discussum est; utrum scilicet in superiori parte animae possint distingui duae vires, quarum una sit irascibilis et alia concupiscibilis, proprie loquendo. Sed, quidquid de hoc dicatur, nihilominus in irascibili et concupiscibili quae sunt in inferiori appetitu, secundum philosophum in III Ethic., oportet ponere esse aliquas virtutes, ut etiam alii dicunt: quod quidem sic patet. Cum enim virtus, ut supra dictum est, nominet quoddam potentiae complementum, potentia autem ad actum respiciat; oportet humanam virtutem in illa potentia ponere quae est principium actus humani. Actus autem humanus dicitur qui non quocumque modo in homine vel per hominem exercetur; cum in quibusdam etiam plantae, bruta et homines conveniant; sed qui hominis proprius est. Inter cetera vero hoc habet homo proprium in suo actu, quod sui actus est dominus. Quilibet igitur actus cuius homo dominus est, est proprie actus humanus; non autem illi quorum homo non est dominus, licet in homine fiant, ut digerere, et

essa questão todas [as posições] são convenientes, e em parte as opiniões se opõem entre si. Com efeito, é aceito por todos que há algumas virtudes no irascível e no concupiscível, como a temperança no concupiscível e a fortaleza no irascível; mas nisto está a diferença. Pois, alguns distinguem em duas partes o irascível e o concupiscível: na parte superior da alma, e, por outro lado, na inferior. Com efeito, dizem que o irascível e o concupiscível, que estão na parte superior da alma, enquanto pertencem à natureza racional, podem ser sujeito da virtude; no entanto, aqueles que estão na parte inferior pertencem à natureza sensitiva e do bruto. Ora, certamente isto foi discutido em outra questão, a saber, se na parte superior da alma podem se distinguir duas capacidades, das quais uma seja irascível e uma outra concupiscível, propriamente falando. Ora, [seja] qualquer coisa que se diga sobre isto, enquanto no irascível e no concupiscível que estão no apetite inferior, segundo o Filósofo no livro III da *Ética*⁵⁰, é necessário afirmar que há algumas virtudes, como também outros dizem: o que certamente é evidente desta forma. Com efeito, enquanto a virtude, como foi dito acima, designa um certo complemento da potência, e a potência se ordena ao ato; é necessário estabelecer que a virtude humana naquela potência é princípio do ato humano. No entanto, se diz que o ato humano não é exercido de qualquer modo no homem ou pelo homem; porque também certos [atos] convêm às plantas, aos brutos e aos homens; embora seja próprio do homem. De fato, entre os demais [vivos] o homem tem isto de próprio em seu ato: que é senhor dos seus atos. Por consequên-

⁵⁰ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, III, 9, 1117 b 23-24.

⁵¹ ARISTÓTELES, *Política*, I, 5, 1254 b 4; 1254 b 32; 7, 1255 b 16 .

augeri, et alia huiusmodi. In eo igitur quod est principium talis actus cuius homo dominus est, potest poni virtus humana. Sciendum tamen est, quod huiusmodi actus contingit esse triplex principium. Unum sicut primum movens et imperans, per hoc quod homo sui actus sit dominus; et hoc est ratio vel voluntas. Aliud est movens motum, sicut appetitus sensibilis, qui etiam movetur ab appetitu superiori in quantum ei obedit, et tunc iterum movet membra exteriora per sui imperium. Tertium autem est quod est motum tantum, scilicet membrum exterius. Cum autem utrumque, scilicet membrum exterius et appetitus inferior a superiori parte animae moveantur; tamen aliter, et aliter. Nam membrum exterius ad nutum obedit superiori imperanti absque ulla repugnantia secundum naturae ordinem, nisi sit impedimentum aliquod; ut patet in manu et pede. Appetitus autem inferior habet propriam inclinationem ex natura sua, unde non obedit superiori appetitui ad nutum, sed interdum repugnat; unde Aristoteles dicit in politica sua, quod anima dominatur corpori despotico principatu, sicut dominus servo, qui non habet facultatem resistendi in aliquo imperio domini; ratio vero dominatur inferioribus animae partibus regali et politico principatu, id est sicut reges et principes civitatum dominantur liberis, qui habent ius et facultatem repugnandi quantum ad aliqua praecepta regis vel principis. In membro igitur exteriori non est necessarium aliquid perfectivum actus humani, nisi naturalis eius dispositio, per quam natum est moveri a ratione; sed in appetitu inferiori, qui rationi repugnare potest, est necessarium aliquid quo operationem quam ratio imperat, absque repugnantia prosequatur. Si enim immediatum operationis principium sit imperfectum, oportet operationem

cia, qualquer ato, do qual o homem é senhor, é propriamente um ato humano; não, porém, aqueles dos quais o homem não é senhor, ainda que se realizem no homem, como o digerir, o crescer, e outros semelhantes. Portanto, no que é princípio de tal ato, do qual o homem é senhor, é possível estabelecer a virtude humana. Contudo, deve-se saber que há três princípios para esta forma de atos. Um, como [o princípio] primeiro do que move e impera, por isso que o homem é senhor dos seus atos; e esta é a razão ou a vontade. Outro, é o [princípio] que move movido, como o apetite sensível, que também é movido pelo apetite superior enquanto o obedece e então também move os membros exteriores pelo seu império. O terceiro, porém, é [o princípio] que é só movido, isto é, o membro exterior. No entanto, ainda que ambos, isto é, o membro exterior e o apetite inferior, sejam movidos pela parte superior da alma; todavia, [são] de uma e outra maneira. Pois o membro exterior obedece cegamente o [princípio] superior que impera sem nenhuma oposição conforme a ordem da sua natureza, a não ser que haja algum impedimento; como se mostra na mão e no pé. No entanto, o apetite inferior tem uma inclinação própria por causa da sua natureza, pois não obedece ao apetite superior cegamente, mas, às vezes, se opõe; por isso diz Aristóteles na sua *Política*⁵¹ que a alma domina o corpo com poder despótico, como o senhor ao servo, quem não tem a faculdade de resistir a nenhuma ordem do senhor; enquanto que a razão domina as partes inferiores da alma com poder real e político, isto é, como os reis e os príncipes das cidades governam os [cidadãos] livres, que têm o direito e a faculdade de opor-se a alguns preceitos do rei ou do príncipe. Por consequência, no membro exterior

esse imperfectam, quantacumque perfectio adsit superiori principio. Et ideo, si appetitus inferior non esset in perfecta dispositione ad sequendum imperium rationis, operatio, quae est appetitus inferioris, sicut proximi principii, non esset in bonitate perfecta; esset enim cum quadam repugnantia sensibilis appetitus; ex quo quaedam tristitia consequeretur appetitui inferiori per quamdam violentiam a superiori moto; sicut accidit in eo qui habet fortes concupiscentias, quas tamen non sequitur, ratione prohibente. Quando igitur oportet operationem hominis esse circa ea quae sunt obiecta sensibilis appetitus, requiritur ad bonitatem operationis quod sit in appetitu sensibili aliqua dispositio, vel perfectio, per quam appetitus praedictus de facili obediat rationi; et hanc virtutem vocamus. Quando igitur aliqua virtus est circa illa quae proprie ad vim irascibilem pertinent, sicut fortitudo circa timores et audacias, magnanimitas circa ardua sperata, mansuetudo circa iras: talis virtus dicitur esse etiam in irascibili sicut in subiecto. Quando autem est circa ea quae sunt proprie concupiscibilis, dicitur esse in concupiscibili sicut in subiecto; sicut castitas, quae est circa delectationes venereas, et sobrietas et abstinencia, quae sunt circa delectationes in cibis et potibus.

não é necessário algo perfectivo do ato humano, senão a sua disposição natural, pelo qual é por natureza movido pela razão; mas no apetite inferior, que pode opor-se à razão, é necessário [que haja] algo pelo qual a operação que a razão determina siga sem oposição. Com efeito, se o princípio imediato da operação é imperfeito, é necessário que a operação seja imperfeita, por maior que seja a perfeição do princípio superior. E deste modo, se o apetite inferior não estivesse na perfeita disposição para seguir o império da razão, a operação, que é o apetite inferior, como do princípio próximo, não seria perfeita na bondade; pois haveria como certa oposição do apetite sensível; pelo qual uma certa tristeza acompanharia o apetite inferior movido por meio de certa violência pelo [apetite] superior; como ocorre em quem tem fortes concupiscências, as quais, porém, não se seguem pela razão que a proíbe. Portanto, quando é necessário que a operação do homem seja em relação às coisas que são objeto do apetite sensitivo, se requer para a bondade da operação que haja no apetite sensitivo alguma disposição, ou perfeição, pela qual o dito apetite obedeça com facilidade à razão; e a esta [disposição] chamamos virtude. Por consequência, quando há alguma virtude em relação àquelas coisas que pertencem propriamente à capacidade irascível, como a fortaleza acerca dos temores e das audácias, a magnanimidade acerca das coisas árduas que se espera [alcançar], a mansidão acerca das iras: se afirma que tal virtude está também no irascível como no sujeito. No entanto, quando há [alguma virtude] em relação àquelas coisas que são propriamente do concupiscível, se diz ser no concupiscível como no sujeito; como a castidade que é acerca dos deleites sexuais, e a sobriedade e a abstinência, que são

acerca dos deleites relativos às comidas e bebidas.

RESPONSIONES AD ARGUMENTA

RESPOSTAS AOS ARGUMENTOS

1. Ad primum ergo dicendum, quod virtus et peccatum mortale dupliciter considerari possunt; scilicet secundum actum et secundum habitum. Sicut autem actio concupiscibilis et irascibilis si secundum se consideratur, non est peccatum mortale, concurrunt tamen in actu peccati mortalis, quando ratione movente vel consentiente tendit in contrarium legis divinae; ita actus eorumdem, si per se accipiuntur, non possunt esse actus virtutis, sed solum quando concurrunt ad consequendum imperium rationis. Et sic actus peccati mortalis et virtutis pertinet aliquo modo ad irascibilem et concupiscibilem; unde et habitus utriusque in irascibili et concupiscibili esse possunt. Hoc tamen in re est, quod sicut actus virtutis consistit in hoc quod irascibilis et concupiscibilis sequuntur rationem, ita actus peccati consistit in hoc quod ratio trahitur ad sequendum inclinationem irascibilis et concupiscibilis. Unde et peccatum consuevit frequentius rationi attribui tamquam proximae causae; et eadem ratione virtus irascibilis et concupiscibilis.

2. Ad secundum dicendum, quod, sicut iam dictum est, actus virtutis non potest esse irascibilis vel concupiscibilis tantum, sine ratione. Id tamen quod est in actu virtutis, principaliter est rationis, scilicet electio; sicut et in qualibet operatione principalior est agentis actio quam passio patientis. Ratio enim imperat irascibili et concupiscibili. Non ergo pro tanto dicitur esse virtus in irascibili vel concupiscibili, quasi per eas totus

1. Respondo dizendo que a virtude e o pecado mortal podem ser considerados de dois modos; a saber, segundo o ato e segundo o hábito. No entanto, assim como a ação do concupiscível e do irascível, se considerada em si mesma, não é pecado mortal, porém concorre ao ato do pecado mortal, quando pela razão que move ou consente tende ao contrário da lei divina; assim também os seus atos, se são considerados em si mesmos, não podem ser atos da virtude, mas apenas quando concorrem para seguir o império da razão. E assim o ato do pecado mortal e da virtude pertencem de algum modo ao irascível e ao concupiscível; por isso que também os hábitos de ambos podem estar no irascível e no concupiscível. Contudo, na realidade, ocorre que assim como o ato da virtude consiste no que o irascível e o concupiscível seguem à razão, assim o ato do pecado consiste no que a razão é levada a seguir a inclinação do irascível e do concupiscível. Por isso que, frequentemente, também se acostumou atribuir o pecado à razão como a sua causa próxima; e, pelo mesmo motivo, [atribuir à razão] a virtude do irascível e do concupiscível.

2. Respondo dizendo que assim como já foi dito, o ato da virtude não pode ser apenas do irascível ou do concupiscível sem [a participação da] razão. Contudo, o principal no ato da virtude, a saber, a eleição, pertence ao racional, como também em qualquer operação é mais importante a ação do agente que a paixão do que padece. Com efeito, a razão impera o irascível e o concupiscível. Logo, não se diz que a virtude esteja no irascível ou no concupiscível,

actus virtutis vel principalior pars expleatur; sed in quantum, per virtutis habitum, ultimum complementum bonitatis actui virtutis confertur: in hoc scilicet quod irascibilis et concupiscibilis absque difficultate sequantur ordinem rationis.

3. Ad tertium dicendum, quod supposito quod irascibilis et concupiscibilis non remaneant actu in anima separata, manent tamen in ea sicut in radice: nam essentia animae est radix potentiarum. Et similiter virtutes quae ascribuntur irascibili et concupiscibili, manent in ratione sicut in radice. Nam ratio est radix omnium virtutum, ut postea ostendetur.

4. Ad quartum dicendum, quod in formis invenitur quidam gradus. Sunt enim quaedam formae et virtutes totaliter ad materiam depressae, quarum omnis actio materialis est; ut patet in formis elementaribus. Intellectus vero est totaliter a materia liber; unde et eius operatio est absque corporis communione. Irascibilis autem et concupiscibilis medio modo se habent. Quod enim organo corporali utantur, ostendit corporalis transmutatio, quae earum actibus adiungitur; quod iterum sint aliquo modo a materia elevatae, ostenditur per hoc quod per imperium moventur et quod obediunt rationi. Et sic in eis est virtus, id est in quantum elevatae sunt a materia, et rationi obediunt.

5. Ad quintum dicendum, quod licet ordo rationis quo irascibilis et concupiscibilis participant, non sit aliquid subsistens, nec per se possit esse subiectum; potest tamen esse ratio quare aliquid sit subiectum.

6. Ad sextum dicendum, quod virtutes sensitivae cognitivae sunt naturaliter praeviae rationi, cum ab eis ratio

como se por estas [potências] se completasse inteiramente o ato da virtude ou sua parte principal; mas enquanto, pelo hábito da virtude, se confere o último complemento da bondade do ato da virtude: a saber, que o irascível e o concupiscível sigam sem dificuldade a ordem da razão.

3. Respondo dizendo que suposto que o irascível e o concupiscível não permaneçam no ato na alma separada, permanece, porém, nela como em sua raiz; pois a essência da alma é a raiz das potências. E de um modo semelhante, as virtudes que se atribuem ao irascível e ao concupiscível permanecem na razão como em sua raiz. Pois a razão é a raiz de todas as virtudes, como depois se mostrará.

4. Respondo dizendo que nas formas se encontram certos graus. Com efeito, algumas formas e virtudes são totalmente dependentes da matéria, da qual todo ato é material; como se mostra nas formas elementares. Contudo, o intelecto é totalmente livre da matéria; por isso também a sua operação se realiza sem uma comunhão com o corpo. No entanto, o irascível e o concupiscível estão na parte mediana. Com efeito, por usarem do órgão corporal, evidencia a mutação corporal, que acompanha os seus atos; porque, às vezes, de algum modo são elevados acima da matéria, o que manifesta que são movidos pelo império [racional] e que obedecem à razão. E assim neles há virtude, isto é, enquanto estão acima da matéria e obedecem à razão.

5. Respondo dizendo que ainda que a ordem da razão, da qual o irascível e o concupiscível participam, não seja algo subsistente, nem possa ser sujeito por si; contudo pode ser a razão pela qual algo seja sujeito.

6. Respondo dizendo que as capacidades sensitivas cognitivas são naturalmente prévias à razão [em exercício

accipiat; appetitivae autem sequuntur naturaliter ordinem rationis cum naturaliter appetitus inferior superiori obediat; et ideo non est simile.

7. Ad septimum dicendum, quod tota rebellio irascibilis et concupiscibilis ad rationem tolli non potest per virtutem; cum ex ipsa sui natura irascibilis et concupiscibilis in id quod est bonum secundum sensum, quandoque rationi repugnet; licet hoc possit fieri divina virtute, quae potens est etiam naturas immutare. Nihilominus tamen per virtutem minuitur illa rebellio, in quantum praedictae vires assuefiunt ut rationi subdantur; ut sic ex extrinseco habeant id quod ad virtutem pertinet, scilicet ex dominio rationis super eas; ex seipsis autem retineant aliquid de motibus propriis, qui quandoque sunt contrarii rationi.

8. Ad octavum dicendum, quod licet quandoque in homine principium sit quod est rationis; tamen ad integritatem humanae naturae requiritur non solum ratio, sed inferiores animae vires, et ipsum corpus. Et ideo ex conditione humanae naturae sibi relictas provenit ut in inferioribus animae viribus aliquid sit rationi rebellans, dum inferiores vires animae proprios motus habent. Secus autem est in statu innocentiae et gloriae, cum ex coniunctione ad Deum ratio sortitur vim totaliter sub se inferiores vires continendi.

9. Ad nonum dicendum, quod detestari malum, secundum quod ad irascibilem pertinere dicitur, non

dos seus atos], pois a razão as recebe através delas; no entanto as [potências] apetitivas [sensitivas] seguem naturalmente a ordem da razão, pois por natureza o apetite inferior obedece ao superior; e por isso não há semelhança.

7. Respondo dizendo que toda rebelião do irascível e do concupiscível relativa à razão não pode ser eliminada pela virtude; porque por sua própria natureza o irascível e o concupiscível [tendem] ao que é bom segundo o sentido, e, às vezes, se opõe à razão; ainda que isto pudesse realizar-se pela virtude divina, a qual tem também o poder de mudar as naturezas. Contudo aquela rebelião diminuir através da virtude, enquanto as ditas faculdades se habituam a submeter-se à razão; de tal modo que tem aquilo que pertence à virtude por algo extrínseco, a saber, a partir do domínio da razão sobre as mesmas; no entanto conservam de si mesmas algo dos movimentos próprios que algumas vezes são contrários à razão.

8. Respondo dizendo que ainda que, às vezes, no homem o principal seja o que pertença à razão; no entanto para a integridade da natureza humana não apenas é requerida a razão, mas as capacidades inferiores da alma e o próprio corpo. E por isso, pela condição da natureza humana deixada a ela mesma, provém que nas capacidades inferiores da alma haja algo que se rebelde à razão, enquanto que as faculdades inferiores da alma têm os seus movimentos próprios. No entanto, ocorre de forma diferente no estado de inocência e de glória, porque pela união com Deus, a razão obtém a força para totalmente conter sob si as capacidades inferiores.

9. Respondo dizendo que detestar o mal, enquanto se diz que pertence ao irascível, não só implica apartar-se do

solum importat declinationem a malo, sed quemdam motum irascibilis ad mali destructionem; sicut accidit illi qui non solum malum refugit, sed ad mala extirpanda per vindictam movetur. Hoc autem est aliquod bonum facere. Licet autem sic malum detestari, ad irascibilem et concupiscibilem pertineat, non tamen solum habet actum hunc; nam et insurgere ad arduum bonum consequendum ad irascibilem pertinet; in qua non solum est passio irae et audaciae, sed etiam spei.

10. Ad decimum dicendum, quod illa verba sunt accipienda per quamdam adaptationem, et non per proprietatem. Nam in qualibet potentia animae est desiderium boni proprii; unde et irascibilis appetit victoriam, sicut et concupiscibilis delectationem. Sed quia concupiscibilis fertur in id quod est bonum toti animali simpliciter sive absolute; ideo omne desiderium boni appropriatur sibi.

11. Ad undecimum dicendum, quod licet irascibilis et concupiscibilis secundum se consideratae agantur, et non agant: tamen in homine secundum quod participant aliquam rationem, etiam quodam modo agunt; non tamen totaliter aguntur. Unde etiam in politicis dicit philosophus, quod dominium rationis super has vires est politicum; quia huiusmodi vires aliquid habent de proprio motu, ubi non totaliter obediunt rationi. Dominium autem animae ad corpus non est regale, sed despoticum; quia membra corporis ad nutum obediunt animae quantum ad motum.

12. Ad duodecimum dicendum, quod licet istae vires sint in brutis, non

mal, mas um certo movimento do irascível para destruir o mal; como ocorre a quem não só evita o mal, mas também se move por [uma atitude] de defesa para extirpar os males. No entanto, isto é fazer algum bem. E ainda que detestar o mal desta maneira pertença ao irascível e ao concupiscível, no entanto não só é este o ato; pois também pertence ao irascível o esforçar-se para alcançar um bem árduo, e no irascível não apenas a paixão, a ira e a audácia, mas também a esperança.

10. Respondo dizendo que aquelas palavras devem ser entendidas por meio de certa adaptação, e não em um sentido próprio. Pois em qualquer potência da alma há um desejo do bem próprio; por isso ao irascível apetece a vitória, como também à concupiscência a deleitação. Ora, porque o concupiscível é levado até o que é bom para todo o animal simplesmente ou de um modo absoluto; por isso todo o desejo de bem é apropriado.

11. Respondo dizendo que ainda que o irascível e o concupiscível considerados em si mesmos sejam movidos e não movam: no entanto no homem, segundo o que participam de algum modo da razão, também de alguma maneira movem; não, contudo, totalmente movidos. Por isso também diz o Filósofo na *Política*⁵², que o domínio da razão sobre essas capacidades é político; porque de algum modo as capacidades retém algo de seu próprio movimento, quando não obedecem totalmente à razão. No entanto, o domínio da alma em relação ao corpo não é real senão despótico, porque os membros do corpo obedecem cegamente à alma conforme o movimento.

12. Respondo dizendo que ainda que estas capacidades estejam nos brutos,

⁵² ARISTÓTELES, *Política*, I, 5, 1254 b 4.

tamen in eis participant aliquid rationis; et ideo virtutes morales habere non possunt.

13. Ad decimumtertium dicendum, quod omnia mala ad concupiscentiam pertinent, sicut ad primam radicem, et non sicut ad proximum principium. Nam omnes passiones ex irascibili et concupiscibili oriuntur, ut ostensum est, cum de passionibus animae ageretur. Perversitas vero rationis et voluntatis ut plurimum ex passionibus accidit. Vel potest dici quod per concupiscentiam intelligit non solum id quod est proprium vis concupiscibilis, sed quod est commune toti appetitivae potentiae; in cuius unaquaque particula invenitur alicuius concupiscentia, circa quam contingit esse peccatum. Nec aliter peccari potest nisi aliquid concupiscendo vel appetendo.

ARTICULUS 5

QUINTO QUAERITUR UTRUM VOLUNTAS SIT SUBIECTUM VIRTUTIS.

Et videtur quod sic.

1. Maior enim perfectio requiritur in imperante ad hoc quod recte imperet, quam in exequente ad hoc quod recte exequatur; quia ex imperante procedit ordinatio exequentis. Sed ad actum virtutis se habet voluntas sicut imperans, irascibilis autem et concupiscibilis sicut obedientes et exequentes. Cum igitur in irascibili et concupiscibili sit virtus sicut in subiecto, videtur quod multo fortius debeat esse in voluntate.

2. Sed diceretur, quod naturalis inclinatio voluntatis ad bonum sufficit

contudo neles não participam de algo da razão; e por isso não podem ter as virtudes morais.

13. Respondo dizendo que todos os males pertencem à concupiscência, como à sua primeira raiz e não como a seu princípio próximo. Pois todas as paixões são oriundas do irascível e do concupiscível, como se mostrou ao tratar das paixões da alma. Mas a perversidade da razão e da vontade, muitas vezes, ocorre pelas paixões. Ou se pode dizer que por concupiscência [o Apóstolo] entende não apenas o que é próprio da potência concupiscível, mas o que é comum a toda potência apetitiva; de tal modo que em qualquer parte [da potência apetitiva] se dá na concupiscência em relação a algo acerca do qual pode ser pecado. Pois, de nenhuma outra maneira se pode pecar senão desejando ou apetecendo algo.

ARTIGO 5

QUINTO, SE PERGUNTA SE A VONTADE É O SUJEITO DA VIRTUDE.⁵³

E parece que sim.

1. Com efeito, se requer maior perfeição no que impera, para que impere retamente, do que naquele que executa, para que execute retamente; porque do que impera procede a ordenação do que executa. Ora, a vontade se relaciona com o ato da virtude como o que impera, mas o irascível e o concupiscível como os que obedecem e executam. Portanto, como no irascível e no concupiscível está a virtude como no sujeito, parece que com mais razão deve estar na vontade.

2. Mas se diz que a natural inclinação da vontade ao bem é suficiente para a

⁵³ Outros lugares: *S. Th.*, I-II, q. 56 a. 6; III *Sent.*, D. 23, q. 1, a. 4, q. a 1; D. 27, q. 2, a. 3, ad 5; *De Verit.*, q. 24, a 4, ad 9; *De Virtut.*, q. 1, a. 12, ad 10; q. 2, a. 2.

ad eius rectitudinem. Nam finem naturaliter desideramus; unde non requiritur quod rectificetur per habitum virtutis superadditum.- Sed contra, voluntas non solum est finis ultimi, sed etiam finium aliorum. Sed circa appetitum aliorum finium contingit voluntatem et recte et non recte se habere. Nam boni praestituunt sibi bonos fines, mali vero malos, ut dicitur in III Ethic.: *qualis unusquisque est, talis finis videtur ei*. Ergo requiritur ad rectitudinem voluntatis, quod sit in ea aliquis habitus virtutis ipsam perficiens.

3. Praeterea, etiam inest animae cognoscitivae aliqua cognitio naturalis, quae est primorum principiorum; et tamen respectu huius cognitionis est aliqua virtus intellectualis in nobis, scilicet intellectus, qui est habitus principiorum. Ergo et in voluntate debet esse aliqua virtus respectu eius ad quod naturaliter inclinatur.

4. Praeterea, sicut circa passiones est aliqua virtus moralis, ut temperantia et fortitudo; ita etiam est aliqua virtus circa operationes, ut iustitia. Operari autem sine passione est voluntatis, sicut operari ex passione est irascibilis et concupiscibilis. Ergo sicut aliqua virtus moralis est in irascibili et concupiscibili, ita aliqua est in voluntate.

5. Praeterea, philosophus in IV Ethic. dicit, quod amor sive amicitia est ex passione. Amicitia autem est ex electione. Dilectio autem quae est sine passione, est actus voluntatis. Cum igitur amicitia sit vel virtus, vel non

retidão. Pois naturalmente desejamos o fim; por isso não se requer que seja retificada por um hábito da virtude dita acima. – Mas ao contrário, [o desejo da] vontade não é só do último fim, mas também de outros fins. Ora, em relação ao apetite de outros fins, a vontade não só pode comportar-se retamente, mas também de um modo incorreto. Com efeito, os que são bons se determinam para os bons fins; mas os maus, para os maus [fins], como se diz no livro III da *Ética*⁵⁴: *conforme cada um é, tal lhe parece o fim*. Logo, para a retidão da vontade se quer que haja nela algum hábito da virtude que a aperfeiçoe.

3. Além do mais, também na alma cognoscitiva há algum conhecimento natural que é o dos primeiros princípios; e, no entanto, em relação a este conhecimento [natural] há alguma virtude intelectual em nós, a saber, o intelecto, que é o hábito dos princípios. Logo, também na vontade deve haver alguma virtude relacionada àquele conhecimento ao qual se inclina naturalmente.

4. Além do mais, assim como acerca das paixões há alguma virtude moral, como a temperança e a fortaleza; assim também há alguma virtude acerca das operações, como a justiça. No entanto, operar sem as paixões é próprio da vontade, como operar pela paixão é próprio do irascível e do concupiscível. Logo, assim como há alguma virtude moral no irascível e no concupiscível, assim há alguma [virtude] na vontade.

5. Além do mais, diz o Filósofo no livro IV da *Ética*⁵⁵, que o amor ou a amizade se dão a partir da paixão. No entanto, a amizade se dá por eleição⁵⁶. Contudo, o amor que se dá sem a paixão é um ato da vontade. Por consequência, co-

⁵⁴ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, III, 5, 1114 b 1.

⁵⁵ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, VIII, 3, 1156 b 2.

⁵⁶ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, VIII, 5, 1157 b 28-29.

sine virtute, ut dicitur in VIII Ethic.; videtur quod virtus sit in voluntate sicut in subiecto.

6. Praeterea, caritas est potissima inter virtutes, ut probat apostolus, I ad Cor. XIII. Sed caritatis subiectum esse non potest nisi voluntas; non enim est eius subiectum concupiscibilis inferior, quae solum ad bona sensibilia se extendit. Ergo voluntas est subiectum virtutis.

7. Praeterea, secundum Augustinum, per voluntatem immediatius Deo coniungimur. Sed id quod coniungit nos Deo, est virtus. Ergo videtur quod virtus sit in voluntate sicut in subiecto.

8. Praeterea, felicitas, secundum Hugonem de s. Victore, in voluntate est. Virtutes autem sunt dispositiones quaedam ad felicitatem. Cum igitur dispositio et perfectio sint in eodem, videtur quod virtus sit in voluntate sicut in subiecto.

9. Praeterea, secundum Augustinum, voluntas est qua peccatur et recte vivitur. Rectitudo autem vitae pertinet ad virtutem; unde Augustinus dicit, quod virtus est bona qualitas mentis, qua recte vivitur. Ergo virtus est in voluntate.

10. Praeterea, contraria nata sunt fieri circa idem. Virtuti autem peccatum contrariatur. Cum igitur omne peccatum sit in voluntate, ut Augustinus dicit, videtur quod virtus sit in eadem.

11. Praeterea, virtus humana in illa parte animae debet esse quae est propria hominis. Sed voluntas est propria hominis, sicut et ratio; utpote magis

mo a amizade é uma virtude ou não se dá na virtude, como se diz no livro VIII da *Ética*⁵⁷; parece que a virtude está na vontade como no sujeito.

6. Além do mais, a caridade é a principal entre as virtudes, como prova o apóstolo em 1Cor 13. Ora, o sujeito da caridade não pode ser senão a vontade; com efeito, o seu sujeito não é a [parte] concupiscível inferior, que só se estende aos bens sensíveis. Logo, a vontade é o sujeito da virtude.

7. Além do mais, segundo Agostinho, pela vontade nos unimos mais imediatamente a Deus. Ora, o que nos une a Deus é a virtude. Logo, parece que a virtude está na vontade como no sujeito.

8. Além do mais, segundo Hugo de São Vítor⁵⁸, a felicidade está na vontade. No entanto, as virtudes são certas disposições para a felicidade. Portanto, como a disposição e a perfeição estão no mesmo sujeito, parece que a virtude está na vontade como no sujeito.

9. Além do mais, segundo Agostinho⁵⁹, é pela vontade que se peca e se vive retamente. No entanto, a retidão da vida pertence à virtude; por isso diz Agostinho⁶⁰ que a virtude é uma boa qualidade da mente, pela qual se vive com retidão. Logo, a virtude está na vontade.

10. Além do mais, os contrários são por natureza em relação ao mesmo. No entanto, o pecado é contrário à virtude. Por consequência, como todo pecado está na vontade, como diz Agostinho, parece que a virtude está na mesma [potência].

11. Além do mais, a virtude humana deve estar naquela parte da alma que é própria do homem. Ora, a vontade é própria do homem, como também a

⁵⁷ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, VIII, 1, 1155 a 1-2.

⁵⁸ HUGO DE SÃO VÍTOR, *De Sacramentis*, PL 176, 617 B-618 A.

⁵⁹ AGOSTINHO, *Retractationes*, I, 9, 2

⁶⁰ AGOSTINHO, *Contra Lulianum*, VI, 6.

propinqua rationi quam irascibilis et concupiscibilis. Cum igitur irascibilis et concupiscibilis sint subiecta virtutum, videtur quod multo fortius voluntas.

razão; enquanto que [é] mais próxima à razão que o irascível e o concupiscível. Portanto, como o irascível e o concupiscível são objetos das virtudes, parece que com maior razão é a vontade.

SED CONTRA

1. Omnis virtus aut est intellectualis, aut moralis, ut patet per philosophum in fine I Ethic. Virtus autem moralis est sicut in subiecto in eo quod est rationale non per essentiam, sed per participationem; virtus vero intellectualis habet pro subiecto id quod est rationale per essentiam. Cum igitur voluntas in neutra parte possit computari; quia nec est cognoscitiva potentia, quod pertinet ad rationalem per essentiam; neque pertinet ad irrationalem animae partem quae pertinet ad rationalem per participationem; videtur quod voluntas nullo modo subiectum virtutis esse possit.

2. Praeterea, ad eundem actum non debent ordinari plures virtutes. Hoc autem sequeretur, si voluntas virtutis esset subiectum; quia ostensum est, quod in irascibili et concupiscibili sunt aliquae virtutes; et cum ad actus illarum virtutum se habeat quodammodo voluntas, oporteret quod ad eosdem actus essent aliquae virtutes in voluntate. Ergo non est dicendum, quod voluntas sit subiectum virtutis.

RESPONDEO

Respondeo. Dicendum, quod per habitum virtutis potentia quae ei subiicitur, respectu sui actus complementum acquirit. Unde ad id ad quod potentia aliqua se extendit ex ipsa ratione

AO CONTRÁRIO

1. Toda virtude ou é intelectual ou moral, como mostra o Filósofo no fim do livro I da *Ética*⁶¹. No entanto, a virtude moral não está no sujeito naquilo que é racional por essência, mas por participação; contudo, a virtude intelectual tem pelo sujeito o que é racional por essência. Por consequência, como a vontade não poderia estar situada em nenhuma das partes; porque nem é potência cognoscitiva, que pertence ao racional por essência; nem pertence à parte irracional da alma, que pertence ao racional por participação; parece que de nenhum modo a vontade poderia ser sujeito da virtude.

2. Além do mais, ao mesmo ato não devem orientar-se muitas virtudes. No entanto, se segue que se a vontade fosse sujeito da virtude; porque se mostrou que há algumas no irascível e no concupiscível; e como a vontade se relaciona de algum modo com os atos daquelas virtudes, seria necessário que para os mesmos atos houvesse algumas virtudes na vontade. Logo, não se deve dizer que a vontade seja o sujeito da virtude.

RESPONDO

Respondo dizendo que, por hábito da virtude, a potência que está sujeita recebe o complemento do seu ato. Por isso, para que alguma potência se incline a partir da mesma natureza da

⁶¹ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, I, 13, 1103 a 3-4.

potentiae, non est necessarius habitus virtutis. Virtus autem ordinat potentias ad bonum; ipsa enim est quae bonum facit habentem, et opus eius bonum reddit. Voluntas autem hoc quod virtus facit circa alias potentias, habet ex ipsa ratione suae potentiae: nam eius obiectum est bonum. Unde tendere in bonum hoc modo se habet ad voluntatem sicut tendere in delectabile ad concupiscibilem, et sicut ordinari ad sonum se habet ad auditum. Unde voluntas non indiget aliquo habitu virtutis inclinante ipsam ad bonum quod est sibi proportionatum, quia in hoc ex ipsa ratione potentiae tendit; sed ad bonum quod transcendit proportionem potentiae, indiget habitu virtutis. Cum autem uniuscuiusque appetitus tendat in proprium bonum appetentis; dupliciter aliquod bonum potest excedere voluntatis proportionem. Uno modo ratione speciei; alio modo ratione individui. Ratione quidem speciei, ut voluntas eleveur ad aliquod bonum quod excedit limites humani boni: et dico humanum id quod ex viribus naturae homo potest. Sed supra humanum bonum est bonum divinum, id quod voluntatem hominis caritas elevat, et similiter spes. Ratione autem individui, hoc modo quod aliquis quaerat id quod est alterius bonum, licet voluntas extra limites boni humani non feratur; et sic voluntatem perficit iustitia, et omnes virtutes in aliud tendentes, ut liberalitas, et alia huiusmodi. Nam iustitia est alterius bonum, ut philosophus dicit in V Ethic. Sic ergo duae virtutes sunt in voluntate sicut in subiecto; scilicet caritas et iustitia. Cuius signum est, quod istae virtutes quamvis ad

potência, não é necessário o hábito da virtude. No entanto, a virtude ordena as potências ao bem; pois é ela mesma que faz bom quem a possui, e torna boa a obra. No entanto, o que a virtude faz em relação às outras potências possui a vontade por sua mesma natureza como potência: pois o seu objeto é o bem. Por isso tende ao bem se se relaciona de tal modo com a vontade como tender ao delectável com o concupiscível, e como estar ordenado ao som com o ouvido. Por causa disso, a vontade não necessita de nenhum hábito da virtude que se incline a ela mesma até o bem que é proporcionado, porque a ele tende por sua mesma natureza como potência; mas necessita do hábito da virtude em relação ao bem que transcende a proporção da potência. No entanto, como cada appetite tende ao bem próprio do que apetece; algum bem pode exceder de dois modos a proporção da vontade. Um modo, em razão da espécie; de outro modo, em razão do indivíduo. De fato, em razão da espécie, como a vontade se eleva até algum bem que excede os limites do bem humano; e chamo humano o que o homem pode pelas capacidades da natureza. Mas sobre o bem humano está o bem divino, até o qual a caridade eleva a vontade do homem, e do mesmo modo a esperança. No entanto, é da natureza do indivíduo que alguém busque, de tal modo, aquilo que é um bem do outro, ainda que a vontade não seja levada fora dos limites; e assim a justiça e todas as virtudes que se inclinam até o outro, como a liberalidade, e outras semelhantes. Pois a justiça é o bem do outro, como diz o Filósofo no livro V da *Ética*⁶². Logo, assim há duas virtudes na vontade como no sujeito; isto é, a caridade

⁶² ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, V, 1, 1130 a 4.

⁶³ ARISTÓTELES, *Physica*, VII, 3, 245 b 2; 246 a 10; 247 a 5.

appetitivam pertineant, tamen non circa passiones consistunt, sicut temperantia et fortitudo: unde patet quod non sunt in sensibili appetitu, in quo sunt passiones, sed in appetitu rationali, qui est voluntas, in quo passiones non sunt. Nam omnis passio est in parte animae sensitiva, ut probatur in VII Physic. Illae autem virtutes quae circa passiones consistunt, sicut fortitudo circa timores et audacias, et temperantia circa concupiscentias, oportet eadem ratione esse in appetitu sensitivo. Nec oportet quod ratione istarum passionum sit aliqua virtus in voluntate quia bonum in istis passionibus est quod est secundum rationem. Et ad hoc naturaliter se habet voluntas ex ratione ipsius potentiae, cum sit proprium obiectum voluntatis.

e a justiça. Cujo sinal é que, ainda que essas virtudes pertençam à [parte] apetitiva, porém, não se referem às paixões, como a temperança e a fortaleza: por isso é evidente que não estão no apetite sensível, onde estão as paixões, mas no apetite racional, que é a vontade, na qual não estão as paixões. Com efeito, toda paixão está na parte sensitiva da alma, como se prova no livro VII da *Física*⁶³. No entanto, é necessário que, por essa mesma razão, estejam no apetite sensitivo aquelas virtudes que se referem às paixões, como a fortaleza em relação aos temores e às audácias, a temperança em relação às concupiscências. Não é necessário que por razão dessas paixões haja alguma virtude na vontade, porque o bem nessas paixões é o que é conforme a razão. E a vontade se relaciona por natureza com isso pela natureza da sua própria potência, porque é o objeto próprio da vontade.

RESPONSIONES AD ARGUMENTA

1. Ad primum ergo dicendum, quod ad imperandum sufficit voluntati iudicium rationis; nam voluntas appetit naturaliter quod est bonum secundum rationem, sicut concupiscibilis quod est delectabile secundum sensum.
2. Ad secundum dicendum, quod inclinatio naturalis voluntatis non solum est in ultimum finem, sed in id bonum quod sibi a ratione demonstratur. Nam bonum intellectum est obiectum voluntatis, ad quod naturaliter ordinatur voluntas, sicut et quaelibet potentia in suum obiectum, dummodo hoc sit proprium bonum, ut supra dictum est. Tamen circa hoc aliquis peccat, in quantum iudicium rationis intercipitur passione.
3. Ad tertium dicendum, quod cognitio fit per aliquam speciem; nec ad

RESPOSTAS AOS ARGUMENTOS

1. Respondo dizendo que para a vontade é suficiente o juízo da razão para imperar; pois a vontade apetece por natureza o que é bom segundo a razão, assim como o concupiscível [apetece por natureza] o que é deleitável segundo o sentido.
2. Respondo dizendo que a inclinação natural da vontade não está só até o fim último, mas até aquele bem que é apresentado pela razão. Pois o bem inteligido é o objeto da vontade, ao qual a vontade se ordena naturalmente, como qualquer potência ao seu objeto, de tal modo que este seja o bem próprio, como foi dito acima. No entanto, alguém peca em relação a isto, enquanto o juízo da razão é interferido pela paixão.
3. Respondo dizendo que o conhecimento se realiza através de alguma

cognoscendum potentia intellectus sufficit per seipsam, nisi species a sensibilibus accipiat. Et ideo oportet in his etiam quae naturaliter cognoscimus, esse quemdam habitum, qui etiam quodammodo principium a sensibus sumit, ut dicitur in fine Poster. Sed voluntas ad volendum non indiget aliqua specie; unde non est simile.

4. Ad quartum dicendum, quod circa passiones virtutes sunt in appetitu inferiori; nec ad huiusmodi requiritur alia virtus in appetitu superiori, ratione iam dicta.

5. Ad quintum dicendum, quod amicitia proprie non est virtus, sed consequens virtutem. Nam ex hoc ipso quod aliquis est virtuosus, sequitur quod diligat sibi similes. Secus autem est de caritate, quae est quaedam amicitia ad Deum, elevans hominem in id quod metam naturae excedit; unde caritas in voluntate est, ut diximus.

6. e 7. Et per hoc patet responsio ad sextum et septimum; nam virtus coniungens voluntatem Deo est caritas.

¹³³ Diz-se ‘meio’ enquanto significa ‘meio termo’ entre o excesso e a deficiência; portanto, se refere ao meio termo qualitativo e não quantitativo, embora no caso da virtude da justiça se possa falar de ‘meio termo’, indicando o meio termo *qualitativo* da razão, quanto ao quantitativo dos bens. Por isso, “este meio consiste na proporção ou na mensuração das coisas e das paixões relativas ao homem”: Tomás de Aquino, *De Virt* a13 ad17. Diz-se ‘meio’ enquanto significa ‘meio termo’ entre o excesso e a deficiência; portanto, se refere ao meio termo qualitativo e não quantitativo, embora no caso da virtude da justiça se possa falar de ‘meio termo’, indicando o meio termo *qualitativo* da razão, quanto ao quantitativo dos bens. Por isso, “este meio consiste na proporção ou na mensuração das coisas e das paixões relativas ao homem”: TOMÁS DE AQUINO, *De Virt* a13 ad17.

¹³⁴ ARISTÓTELES, *Physica*, VII, 3, 246 a 11 e ss.; 246 b 3 e ss.; 247 a 3.

¹³⁵ AGOSTINHO, *In Joannis Evangelium*, LXXIV, 1.

Respondeo. Dicendum, quod multis error accidit circa formas ex hoc quod de eis iudicant sicut de substantiis iudicatur. Quod quidem ex hoc contingere videtur, quod formae per modum substantiarum signantur in abstracto, ut albedo, vel virtus, aut aliquid huiusmodi; unde aliqui modum loquendi sequentes, sic de eis iudicant ac si essent substantiae. Et ex hinc processit error tam eorum qui posuerunt latitudinem formarum, quam eorum qui posuerunt formas esse a creatione. Aestimaverunt enim quod formis competeret fieri sicut competit substantiis; et ideo non inveniunt ex quo formae generentur, posuerunt eas vel creari, vel praeesistere in materia; non attendentes, quod sicut esse non est formae, sed subiecti per formam, ita nec fieri, quod terminatur ad esse, est formae, sed subiecti. Sicut enim forma ens dicitur, non quia ipsa sit, si proprie loquamur, sed quia aliquid ea est; ita et forma fieri dicitur, non quia ipsa fiat, sed quia ea aliquid fit: dum scilicet subiectum reducitur de potentia in actum. Sic autem et circa augmentum qualitatum accidit; de quo aliqui locuti sunt ac si qualitates et formae substantiae essent. Substantia autem augeri dicitur, in quantum ipsa est subiectum motus quo pervenitur de minori quantitate in maiorem, qui motus augmenti dicitur. Et quia augmentum substantiae fit per additionem substantiae ad substantiam; quidam aestimaverunt, quod hoc modo caritas, sive quaelibet virtus infusa, augeatur per additionem caritatis ad caritatem, vel virtutis ad virtutem, aut albedinis ad albedinem: quod omnino stare non potest. Nam non potest intelligi additio unius ad alterum nisi praeintellecta dualitate. Dualitas autem in formis unius speciei non potest intelligi nisi per alietatem subiecti. Formae enim unius speciei

Respondo dizendo que o erro em relação às formas se dá em muitos [autores] porque julgam acerca delas como se julga em relação às substâncias. O que certamente ocorre porque as formas são significadas em abstrato pelo modo das substâncias, como a brancura, ou a virtude ou algo semelhante; por isso resulta que alguns, seguindo o modo de falar, as julguem dessa maneira, como se fossem substâncias. E daqui procedeu o erro tanto de quem afirmou o estado latente das formas, como também o de quem sustentou que as formas existem por criação. Com efeito, [estes] opinaram que às formas lhes corresponderia chegar a ser do modo como corresponde às substâncias; e, por isso, não falando [aquilo] a partir do qual as formas são geradas, afirmaram que elas, ou são criadas, ou preexistem na matéria; sem considerar que assim como o ser não é dito só da forma senão também do sujeito mediante a forma, assim algo não chega ao ser [só pela forma], pois o que se determina para o ser não é só a forma, mas o sujeito. Com efeito, assim como a forma se diz ente, não porque ela mesma seja, se propriamente falamos, mas porque algo é por ela; assim também se afirma que a forma chega a ser, não porque ela mesma chegue a ser, mas porque por ela algo chega a ser, isto é, que o sujeito seja reduzido da potência ao ato. No entanto, assim também ocorre em relação ao aumento das qualidades; acerca das quais alguns falaram como se as qualidades e as formas fossem substâncias. Contudo, se diz que a substância aumenta enquanto ela mesma é o sujeito do movimento pelo qual uma quantidade menor se estende a uma maior, o que é chamado movimento de aumento. E porque o aumento da substância tem lugar por adição da substância à substância; alguns opina-

non diversificantur numero nisi per subiectum. Si igitur qualitas additur qualitati, oportet alterum duorum esse: vel quod subiectum addatur subiecto, ut puta quod unum album addatur alteri albo; aut quod aliquid in subiecto fiat album, quod prius non fuit album, ut quidam posuerunt circa qualitates corporeas; quod etiam improbat philosophus in IV physicorum. Cum enim aliquid fit magis curvum, non curvatur aliquid quod prius curvum non fuit, sed totum fit magis curvum. Circa qualitates autem spirituales, quarum subiectum est anima, vel pars animae impossibile est etiam hoc fingere. Unde quidam alii dixerunt caritatem, et alias virtutes infusas, non augeri essentialiter; sed quod dicuntur augeri, vel in quantum radicantur fortius in subiecto, vel in quantum ferventius vel intensius operantur. Sed hoc quidem dictum aliquam rationem haberet, si caritas esset quaedam substantia habens per se esse absque substantia; unde et Magister sententiarum, aestimans caritatem esse aliquam substantiam, scilicet ipsum spiritum sanctum, non irrationabiliter hunc modum augmenti posuisse videtur. Sed alii, aestimantes caritatem esse qualitatem quamdam, penitus irrationabiliter sunt locuti. Nihil enim est aliud qualitatem aliquam augeri, quam subiectum magis participare qualitatem; non enim est aliquod esse qualitatis nisi quod habet in subiecto. Ex hoc autem ipso quod subiectum magis participat qualitatem, vehementius operatur; quia unumquodque agit in quantum est actu; unde quod magis est reductum in actum, perfectius agit. Ponere igitur quod aliqua qualitas non augeatur secundum essentiam, sed augeatur secundum radicationem in subiecto, vel secundum intensionem

ram que, desse modo, a caridade ou qualquer outra virtude infusa aumenta pela adição da caridade pela caridade, ou da virtude pela virtude, ou da brancura pela brancura; o que não pode ser em absoluto. Com efeito, a adição de um pelo outro não pode compreender-se a não ser que se pressuponha uma dualidade. No entanto, a dualidade nas formas de uma mesma espécie não pode compreender-se senão pela diversidade do sujeito. Pois as formas de uma mesma espécie não se distinguem em número senão mediante o sujeito. Portanto, se a qualidade se acrescenta à qualidade, é necessário que ocorra uma destas duas coisas: ou que o sujeito se acrescente ao sujeito, como, por exemplo, que algo branco se acrescenta a outra coisa branca, ou que no sujeito se faça branco algo que antes não era branco, como alguns afirmaram em relação às qualidades corporais; o que também rejeitou o Filósofo no livro IV da *Física*¹³⁶. Com efeito, ao fazer-se algo mais curvo não se curva algo que antes não fora curvo, mas tudo se faz mais curvo. No entanto, em relação às qualidades espirituais, cujo sujeito é a alma, ou parte da alma, também é impossível que isso ocorra. Por isso, alguns outros disseram que a caridade e as outras virtudes infusas não aumentam essencialmente; mas se diz que aumentam, ou enquanto se arraigam com mais força no objeto, ou enquanto agem mais fervido ou intensamente. Ora, certamente esta posição teria alguma razoabilidade, se a caridade fosse certa substância que tivesse o ser por si sem um sujeito que a sustentasse; por isso, também o Mestre das *Sentenças*¹¹⁸¹³⁷, que também considera que a caridade é certa substância, a saber, o próprio Espírito Santo, não parece haver sustentado irracional-

¹³⁶ ARISTÓTELES, *Physica*, IV, 9, 217 a 34; 217 b 10.

actus, est ponere contradictoria esse simul. Et ideo considerandum restat quomodo aliquae qualitates et formae augeri dicuntur; et quae sunt quae augeri possunt. Sciendum est ergo, quod cum nomina sint signa intellectuum, ut dicitur I Periher.; sicut ex magis notis cognoscimus minus nota, ita etiam ex magis notis minus nota nominamus. Et inde est quod, quia motus localis est notior inter omnes motus, ex contrarietate secundum locum derivatur nomen distantiae ad omnia contraria inter quae potest esse aliquis motus; ut dicit philosophus X Metaph. Et similiter, quia motus substantiae secundum quantitatem est sensibilior quam motus secundum alterationem; inde est quod nomina convenientia motui secundum quantitatem derivantur ad alterationem. Et inde est quod, sicut corpus quod movetur ad quantitatem perfectam dicitur augeri, et ipsa quantitas perfecta dicitur magna respectu imperfectae; ita illud quod movetur de qualitate imperfecta ad perfectam, dicitur augeri secundum quantitatem; et ipsa qualitas perfecta dicitur magna respectu imperfectae. Et quia perfectio uniuscuiusque rei est eius bonitas; ideo Augustinus dicit, quod in his quae non magna mole sunt, idem est esse maius quod melius. Moveri autem de forma imperfecta ad perfectam, nihil est aliud quam subiectum magis reduci in actum: nam forma actus est; unde subiectum magis percipere formam, nihil aliud est quam ipsum reduci magis in actum illius formae. Et sicut ab agente reducitur aliquid de pura potentia in actum formae; ita eti-

mente este modo de aumento. Ora, os outros, os que consideram que a caridade é certa qualidade, falaram de um modo absolutamente irracional. Com efeito, que alguma qualidade aumente não significa outra coisa senão que o sujeito participa mais da qualidade; pois não é próprio da qualidade o ter outro ser senão o que tem no sujeito. No entanto, porque o sujeito participa mais da qualidade, age mais intensamente; porque toda coisa age enquanto está em ato; por isso, se está mais reduzido ao ato, age mais perfeitamente. Portanto, afirmar que alguma qualidade não aumenta segundo a sua essência, mas que aumenta segundo a radicação no sujeito, ou conforme a intensidade do ato, é afirmar que as coisas contraditórias são simultaneamente. E por isso deve-se considerar de que modo se afirma que podem aumentar certas qualidades e formas, e quais são as que podem aumentar. Portanto, deve-se saber por que os nomes são sinais do inteligido, como se diz no livro I *Sobre a interpretação*¹³⁸; assim como a partir das coisas mais conhecidas chegamos ao conhecimento das que são menos, assim também a partir do mais conhecido denominamos o menos. E por isso, devido ao movimento local ser o mais conhecido dentre todos os movimentos, da contrariedade segundo o lugar se deriva o nome da distância para todas as coisas contrárias dentre as que pode haver algum movimento; como diz o Filósofo no livro X da *Metafísica*¹³⁹. E, de modo semelhante, porque o movimento da substância conforme

¹³⁷ PEDRO LOMBARDO, *Liber Sententiarum* 1 d17, 2.

¹³⁸ ARISTÓTELES, *Perihermeneias*, I, 1, 16 a 3-4.

¹³⁹ ARISTÓTELES, *Metaphysica*, X, 5, 10, 1018 a 26.

¹⁴⁰ AGOSTINHO, *De Trinitate*, VI, 8.

¹⁴¹ Antiga unidade de medida de comprimento equivalente a três palmos, ou seja, 66cm; cúbito. (Aurélio - o Dicionário da Língua Portuguesa. Curitiba: Positivo, 3 ed. 2004)

¹⁴² ARISTÓTELES, *Metaphysica*, VIII, 3, 1043 b 33.

am per actionem agentis reducitur de actu imperfecto in actum perfectum. Sed hoc non contingit in omnibus formis, propter duo. Primo quidem ex ipsa ratione formae; eo scilicet quod id quod perficit rationem formae, est aliquid indivisibile, puta numerus. Nam unitas addita constituit speciem: unde binarius aut trinarius non dicitur secundum magis et minus; et per consequens non invenitur magis et minus neque in quantitibus quae denominantur a numeris, puta bicubitum vel tricubitum, neque in figuris, puta triangulare et quadratum; et in proportionibus, puta duplum et triplum. Alio modo ex comparatione formae ad subiectum; quia inhaeret ei modo indivisibili. Et propter hoc forma substantialis non recipit intensionem vel remissionem, quia dat esse substantiale, quod est uno modo: ubi enim est aliud esse substantiale, est alia res; et propter hoc philosophus, VIII Metaphys., assimilat definitiones numeris. Et inde est etiam quod nihil quod substantialiter de altero praedicatur, etiam si sit in genere accidentis, praedicatur secundum magis et minus; non enim dicitur albedo magis et minus color. Et propter hoc etiam qualitates in abstracto signatae, quia signantur per modum substantiae, nec intenduntur nec remittuntur; non enim dicitur albedo magis et minus, sed album. Neutra autem istarum causarum est in caritate et in aliis virtutibus infusis, quare non intenduntur et remittuntur; quia neque earum ratio in indivisibili consistit, sicut ratio numeri; neque dant esse substantiale subiecto, sicut formae substantiales; et ideo intenduntur et remittuntur, in quantum subiectum reducitur magis in actum ipsarum per actionem agentis causantis eas. Unde sicut virtutes acquisitae augentur ex actibus per quos causantur, ita virtutes infusae augentur per actionem Dei, a

a quantidade é mais perceptível sensivelmente do que o movimento conforme a alteração; então os nomes que convêm ao movimento conforme a alteração são derivados do movimento segundo a quantidade. E é por isso que, assim como o corpo que é movido à quantidade perfeita se diz que aumenta, e a mesma quantidade perfeita se diz grande em relação à imperfeita. Assim aquilo que se move da qualidade imperfeita à perfeita se diz que aumenta segundo a qualidade; e a mesma qualidade perfeita se diz grande em relação à imperfeita. E porque a perfeição de cada coisa é a sua bondade; por isso diz Agostinho¹⁴⁰ que nessas coisas que não se constituem uma magnitude quantitativa, o ser maior é o mesmo que [o ser] melhor. No entanto, mover-se de uma forma imperfeita a uma perfeita não é outra coisa que o sujeito mais reduzido ao ato: pois a forma é ato; por isso, o sujeito que recebe mais intensamente uma forma não consiste em outra coisa do que nele mesmo ser mais reduzido ao ato daquela forma. E, assim como alguma coisa é reduzida da pura potência ao ato da forma pela ação de um agente; assim também é reduzida de um ato imperfeito ao ato perfeito pela ação de um agente. Mas isso não ocorre em todas as formas por dois motivos. Primeiro, certamente, pela própria natureza da forma; isto é, porque aquilo que aperfeiçoa a natureza da forma é algo indivisível, como, por exemplo, o número. Com efeito, a adição da unidade constitui a espécie: por isso, o [número] binário ou ternário não se denomina segundo o mais e o menos; e, por consequência, não há mais e menos nas quantidades que são designadas pelos números, por exemplo, dois côvados¹⁴¹ ou três côvados, nem nas figuras, por exemplo, na triangular e no quadrangular; inclusive

quo causantur. Actus autem nostri comparantur ad augmentum caritatis et virtutum infusarum, ut disponentes, sicut ad caritatem a principio obtinendam; homo enim faciens quod in se est, praeparat se, ut a Deo recipiat caritatem. Ulterius autem actus nostri possunt esse meritorii respectu augmenti caritatis; quia praesupponunt caritatem, quae est principium merendi. Sed nullus potest mereri, quin a principio obtineat caritatem; quia meritum sine caritate esse non potest. Sic igitur caritatem augeri per intensiorem dicimus.

nas proporções, por exemplo, o dobro e o triplo. De outro modo, pela relação da forma com o sujeito; porque inere a ele de modo indivisível. E por causa disso, a forma substancial não admite intensificação ou diminuição, porque dá o ser substancial, que é de um só modo: com efeito, onde há outro ser substancial há outra coisa; e por causa disso o Filósofo, no livro VIII da *Metafísica*¹⁴², compara as definições aos números. E também por isso, nada que se predique substancialmente de outro, inclusive se está no gênero do acidente, se predica segundo o mais e o menos; pois a brancura não se diz mais ou menos cor. E por isso as qualidades também se designam em abstrato, porque são designadas pelo modo da substância, nem se intensificam nem diminuem; com efeito, a brancura não se diz mais ou menos, mas branco. Contudo, nem uma nem outra dessas causas se dá na caridade e nas demais virtudes infusas, como para que não se intensifiquem nem diminuam; porque nem a natureza destas [virtudes] consiste em algo indivisível, como na natureza do número; nem dão o ser substancial ao sujeito, como as formas substanciais; e por causa disso se intensificam e diminuem, enquanto o sujeito é mais reduzido ao ato das mesmas pela ação do agente que as causas. Por isso, assim como as virtudes adquiridas aumentam mediante os atos pelos quais são causadas, assim as virtudes infusas aumentam pela ação de Deus, por Quem são causadas. No entanto, os nossos atos se relacionam com o aumento da caridade e das virtudes infusas como disponentes, assim como para obter a caridade inicial; pois o homem que faz o que está em seu poder se prepara para receber a caridade de Deus. Contudo, além disso, os nossos atos podem ser meritórios em relação ao aumento da carida-

de; porque pressupõem a caridade que é o princípio do merecer. Ora, nada pode merecer a não ser que primeiro obtenha a caridade, porque não pode haver mérito sem a caridade. Portanto, assim, dizemos que a caridade aumenta por intensidade.

RESPONSIONES AD ARGUMENTA

1. Ad primum ergo dicendum, quod sicut in caritate et aliis qualitatibus dicitur augmentum per similitudinem, ita et quantitas, ut ex dictis, in corp. art., patet.

2. Ad secundum dicendum, quod forma est invariabilis, quia non est variationis subiectum; potest tamen dici variabilis, prout subiectum secundum eam variatum, plus et minus eam participat.

3. Ad tertium dicendum, quod motus alicuius rei potest intelligi secundum essentiam dupliciter. Uno modo quantum ad id quod est proprium, esse scilicet essentialis, vel non esse; et sic motus secundum essentiam non est nisi motus secundum esse et non esse, qui est generatio et corruptio. Alio modo, potest intelligi motus secundum essentiam, si sit motus secundum quodcumque adhaerens essentiae; sicut dicimus corpus essentialiter moveri quando movetur secundum locum, quia de loco ad locum eius subiectum transfertur; sicut etiam et aliqua qualitas dicitur suo modo moveri essentialiter, prout variatur secundum perfectum et imperfectum, vel magis subiectum secundum eam ut ex dictis, in corp. art., patet.

4. Ad quartum dicendum, quod id quod praedicatur essentialiter de caritate, non praedicatur de ea

RESPOSTAS AOS ARGUMENTOS

1. Respondo dizendo que assim como em relação à caridade e a outras qualidades se faz uso do [termo] aumento por semelhança, assim também [do termo] quantidade, como se mostra a partir do que foi dito no corpo do artigo.

2. Respondo dizendo que a forma é invariável, porque não é o sujeito da variação; mas pode dizer variável enquanto o sujeito que varia de acordo com ela participa mais ou menos dela.

3. Respondo dizendo que o movimento de alguma coisa segundo a essência pode ser entendido de dois modos. Um modo, enquanto ao que é próprio, isto é, o ser essencialmente, ou o não ser; e assim o movimento segundo a essência não é senão um movimento segundo o ser e o não ser, que é a geração e a corrupção. Outro modo, pode ser entendido como o movimento segundo a essência, se é o movimento segundo qualquer coisa vinculada à essência; assim como dizemos que um corpo se move essencialmente quando se move segundo o lugar, porque o seu sujeito é trasladado de lugar a lugar; e assim também se afirma que alguma qualidade se move essencialmente a seu modo, enquanto que varia segundo o perfeito e o imperfeito, ou antes o sujeito conforme a ela, como se mostra no que foi dito no corpo do artigo.

4. Respondo dizendo que o que se predica essencialmente da caridade não se predica dela segundo o mais e o

secundum magis et minus: non enim dicitur magis vel minus virtus; sed maior caritas dicitur magis virtus propter modum significandi, quia significatur ut substantia. Sed quia ipsa non praedicatur essentialiter de suo subiecto, subiectum secundum eam recipit magis et minus: ut dicatur subiectum habens magis caritatis vel minus; et quod est habens magis caritatem est magis virtuosum.

5. Ad quintum dicendum, quod caritas non diminuitur, quia non habet causam diminutionis, ut Ambrosius probat; habet autem causam augmenti, scilicet Deum.

6. Ad sextum dicendum, quod augmentum quod fit per additionem, est augmentum substantiae quantae. Sic autem caritas non augetur, ut dictum est in corp. art.

7. Et per hoc patet solutio ad septimum.

8. Ad octavum dicendum, quod caritas dicitur augeri vel moveri, non quia ipsa sit subiectum motus, sed quia eius subiectum secundum ipsam movetur et augetur.

9. Ad nonum dicendum, quod licet Deus sit invariabilis, tamen absque sua variatione variat res; non enim est necessarium ut omne movens moveatur, ut probatur in Lib. Physic. Et hoc praecipue Deo competit, quia non agit per necessitatem naturae, sed per voluntatem.

10. Ad decimum dicendum, quod omnibus qualitatibus et formis est communis ratio magnitudinis quae dicta est, scilicet perfectio earum in subiecto. Aliquae tamen qualitates, praeter istam magnitudinem seu quan-

menos: com efeito, não se diz mais ou menos virtude; porém se diz que uma maior caridade [é] mais virtude, em razão do modo de significar, porque é significado como uma substância. Ora, porque ela mesma não se predica essencialmente do seu sujeito, o sujeito conforme a ela recebe [a denominação] mais e menos: como se diz que o sujeito possui mais ou menos caridade; e aquele que tem mais caridade é mais virtuoso.

5. Respondo dizendo que a caridade não diminui, porque não tem causa de diminuição, como prova Ambrósio; no entanto, tem a causa do aumento, a saber, Deus.

6. Respondo dizendo que o aumento que se realiza por adição é o aumento da substância quantitativa. No entanto, a caridade não se aumenta como se diz no corpo do artigo.

7. E por isso é evidente a solução para o sétimo argumento.

8. Respondo dizendo que a caridade se diz que aumenta ou é movida, não porque ela mesma seja sujeito do movimento, mas porque o seu sujeito é movido ou aumenta conforme a caridade mesma.

9. Respondo dizendo que ainda que Deus seja invariável, contudo, pode mudar as coisas sem a sua [própria] variação; com efeito, não é necessário que tudo o que move seja movido, como se prova no livro da *Física*¹⁴³. E isto convém principalmente a Deus, porque não age por necessidade da natureza senão pela Vontade.

10. Respondo dizendo que há uma razão comum da magnitude para todas as qualidades e formas, o que já foi dito, isto é, a sua perfeição no sujeito. No entanto, algumas qualidades, além dessa magnitude ou quantidade que

¹⁴³ ARISTÓTELES, *Physica*, VIII, 5, 256 a 4.

titatem quae competit eis per se, habent aliam magnitudinem vel quantitatem quae competit eis per accidens; et hoc dupliciter. Uno modo ratione subiecti; sicut albedo dicitur quanta per accidens, quia subiectum eius est quantum; unde augmentato subiecto, augmentatur albedo per accidens. Sed secundum hoc augmentum, non dicitur aliquid magis album, sed maior albedo, sicut et dicitur aliquid maius album: non enim aliter praedicantur ea quae pertinent ad hoc augmentum, de albedine, et de subiecto ratione cuius albedo per accidens augeri dicitur. Sed hic modus quantitatis et augmenti non competit qualitatibus animae, scilicet scientiis et virtutibus. Alio modo quantitas et augmentum attribuitur alicui qualitati per accidens, ex parte obiecti in quod agit: et haec dicitur quantitas virtutis; quae magis dicitur propter quantitatem obiecti vel continentiam; sicut dicitur magnae virtutis qui magnum pondus potest ferre, vel qualitercumque potest magnam rem facere, sive magnitudine dimensiva, sive magnitudine perfectionis, vel secundum quantitatem discretam; sicut dicitur aliquis magnae virtutis qui potest multa facere. Et hoc modo quantitas per accidens potest attribui qualitatibus animae, scilicet scientiis et virtutibus. Sed tamen hoc interest inter scientiam et virtutem: quia de ratione scientiae non est quod se extendat in actum respectu omnium obiectorum: non enim est necesse quod sciens omnia scibilia cognoscat. Sed de ratione virtutis est quod in omnibus virtuose se agat. Unde scientia potest augeri vel secundum numerum obiectorum, vel secundum intensionem eius in subiecto; virtus autem uno modo tantum. Sed considerandum est, quod eiusdem rationis est quod aliqua qualitas in aliquid magnum possit, et quod ipsa sit magna, sicut ex supradictis patet; unde

lhes corresponde por si mesmas, tem outra magnitude ou quantidade que lhe corresponde por acidente; e isso por dois modos. Um modo, pela razão do sujeito; assim como quando se diz da brancura quantitativamente por acidente, porque o seu sujeito é quantitativo; por isso, aumentado o sujeito, aumenta a brancura por acidente. Ora, segundo este aumento, não se diz que algo [é] mais branco, mas que [é] maior a brancura, assim como quando também se afirma que algo [é] de maior brancura: com efeito, não se predica de outro modo o que pertence a este aumento em relação à brancura e ao sujeito em razão do qual se afirma que a brancura aumenta por acidente. Ora, este modo [de predicação do termo] quantidade e do [termo] aumento não corresponde às qualidades da alma, isto é, às ciências e às virtudes. De outro modo, [os termos] quantidade e aumento são atribuídos a alguma qualidade por acidente: por parte do objeto em relação ao qual age: e este [modo de atribuição do termo quantidade] se denomina quantidade da virtude; a qual se diz [que é] maior por causa da quantidade do objeto ou de sua capacidade de conter; assim como se diz que alguém tem grande virtude quem pode levar um grande peso ou quem pode fazer de qualquer modo uma grande coisa, seja com magnitude dimensional, seja com magnitude de perfeição, ou segundo a quantidade discreta; assim como se diz que tem uma grande virtude quem pode fazer muitas coisas. E desse modo, a quantidade pode ser atribuída por acidente às qualidades da alma, a saber, às ciências e às virtudes. No entanto, há uma diferença entre a ciência e a virtude: porque não é próprio da natureza da ciência o que se estende em ato relativo a todos os objetos; pois não é necessário que o que sabe conheça to-

etiam magnitudo perfectionis potest dici magnitudo virtutis.

11. Ad undecimum dicendum, quod motus augmenti caritatis reducitur ad alterationem, non secundum quod alteratio est inter contraria, prout est tantum in sensibilibus, et in sensibili parte animae; sed prout alteratio et passio dicitur secundum receptionem et perfectionem; sicut sentire et intelligere est quoddam pati et alterari. Et sic distinguit philosophus alterationem et passionem in II de anima.

12. Ad duodecimum dicendum, quod Deus auget caritatem, non novam caritatem infundendo, sed eam quae prae-existebat, perficiendo.

13. Ad decimumtertium dicendum, quod sicut actus egrediens ab agente potest causare virtutem acquisitam propter impressionem virtutum activarum in passivis, ut supra dictum est; ita et potest eam augere.

14. Ad decimumquartum dicendum, quod caritas et aliae virtutes infusae non augentur active ex actibus, sed tantum dispositive et meritorie, ut dictum est. Nec tamen oportet quod quilibet actus perfectus correspondeat quantitati virtutis: non enim oportet quod habens caritatem, semper opere-

do o cognoscível. Ora, é próprio da natureza da virtude que em todos se opere virtuosamente. Por isso, a ciência pode aumentar, ou segundo o número dos objetos, ou segundo a sua intensidade no sujeito; a virtude, contudo, de um só modo. Mas se deve considerar que pela mesma razão uma qualidade tem a capacidade em relação a algo grande e que ela mesma seja grande, assim como é evidente a partir do que foi dito acima; por isso também a magnitude da perfeição pode ser denominada como a magnitude da virtude.

11. Respondo dizendo que o movimento do aumento da caridade se reduz à alteração, não enquanto que a alteração se dê entre contrários, na medida em que se dá nas coisas sensíveis e na parte sensível da alma; mas enquanto que a alteração e a paixão se dizem segundo a recepção e a perfeição; como sentir e entender são certo padecer e ser alterado. E assim o Filósofo distingue a alteração e a paixão no livro II *Sobre a alma*¹⁴⁴.

12. Respondo dizendo que Deus não aumenta a caridade infundindo uma nova caridade, mas aperfeiçoando a que já existia.

13. Respondo dizendo que assim como o ato que procede do agente pode causar a virtude adquirida [mediante os nossos atos] por causa da impressão das virtudes ativas nas passivas, como foi dito acima; assim também pode aumentá-la.

14. Respondo dizendo que a caridade e as outras virtudes infusas não aumentam ativamente a partir dos [próprios] atos, mas apenas dispositiva e meritoriamente, como foi dito. No entanto, não é necessário que qualquer ato perfeito [segundo a virtude] corresponda a uma magnitude [determinada] da

¹⁴⁴ ARISTÓTELES, *De Anima*, II, 5, 417 b 6.

tur secundum totum posse caritatis; usus enim habituum subiacet voluntati.

15. Ad decimumquintum dicendum, quod ratio virtutis non consistit in superlacione quantum ad se, sed quantum ad suum obiectum: quia per virtutem ordinatur homo ad ultimum potentiae, quod est bene operari; unde philosophus dicit, VII Phys., quod virtus est dispositio perfecti ad optimum. Tamen ad hoc optimum aliquis potest esse magis, vel minus dispositus; et secundum hoc, virtus recipit magis vel minus. Vel dicendum, quod ultimum non dicitur simpliciter, sed ultimum specie; sicut ignis est specie subtilissimum corporum, et homo dignissima creaturarum; et tamen unus homo est dignior altero.

16. Ad decimumsextum dicendum, quod ratio virtutis non consistit in indivisibili secundum se, sed ratione sui subiecti, in quantum quaerit medium: ad quod quaerendum potest aliquis diversimode se habere, vel peius vel melius. Et tamen ipsum medium non est omnino indivisibile; habet enim aliquam latitudinem: sufficit enim ad virtutem quod appropinquet ad medium, ut dicitur II Ethic.; et propter hoc unus actus altero virtuosior dicitur.

17. Ad decimumseptimum dicendum, quod virtus caritatis est infinita ex parte Dei, vel finis; sed ad illum infinitum caritas finite disponit; unde potest magis vel minus esse.

18. Ad decimumoctavum dicendum,

virtude; pois não é necessário que o que possua a caridade aja sempre segundo todo o poder da caridade; com efeito, o uso dos hábitos subjaz à vontade.

15. Respondo dizendo que a natureza da virtude não consiste em algo superlativo em relação a si mesma, mas em relação ao seu objeto: porque pela virtude o homem se ordena ao último da potência, que é o agir bem; por isso diz o Filósofo no livro VII da *Física*¹⁴⁵, que a virtude é uma disposição do perfeito para o ótimo. Contudo, em relação ao ótimo alguém pode estar mais ou menos disposto; e conforme isso, a virtude é receptiva de mais ou de menos. Ou não se diz que [a virtude é algo] último em absoluto, mas [algo] último em relação à espécie; como o fogo é o mais sutil na espécie dos corpos e o homem a mais digna das criaturas; e, no entanto, um homem é mais digno que outro.

16. Respondo dizendo que a natureza da virtude não consiste em algo indivisível em si mesmo, mas em razão do seu sujeito, enquanto busca o meio [virtuoso]: para procurar o que alguém pode ter disposto de diversos modos, seja pior ou melhor. No entanto, o próprio meio [virtuoso] não é absolutamente indivisível; pois tem certa amplitude; já que para a virtude é suficiente que se aproxime do meio, como se diz no livro II da *Ética*¹⁴⁶; e por causa disso se afirma que um ato [é] mais virtuoso que outro.

17. Respondo dizendo que a virtude da caridade é infinita por parte de Deus, ou do fim; mas em relação a aquele infinito a caridade é disposta de uma maneira finita; por isso pode ser maior ou menor.

18. Respondo dizendo que nem todo o

¹⁴⁵ ARISTÓTELES, *Physica*, VII, 3, 246 b 2.

¹⁴⁶ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, II, 6, 1106 a 35.

quod non omne perfectum est perfectissimum, sed solum illud quod est in ultimo actualitatis; et ideo nihil prohibet, quod est perfectum secundum virtutem, adhuc magis perfici.

perfeito é perfeitíssimo, mas apenas aquilo que está no último [grau] da atualidade; e por isso nada impede que o que é perfeito conforme a virtude se aperfeiçoe ainda mais.

ARTICULUS 12

DUODECIMO QUAERITUR UTRUM VIRTUTES INTER SE DISTINGUANTUR. QUAERITUR DE DISTINCTIONE VIRTUTUM.

Et videtur quod non recte virtutes distinguantur.

1. Moralia enim recipiunt speciem ex fine. Si igitur virtutes distinguantur secundum speciem, oportet quod hoc sit ex parte finis. Sed non ex parte finis proximi: quia sic essent infinitae virtutes secundum speciem. Ergo ex parte finis ultimi. Sed finis ultimus virtutum est unus tantum, scilicet Deus, sive felicitas. Ergo est una tantum virtus.

2. Praeterea, ad unum finem pervenitur una operatione. Una autem operatio est ex una forma. Ergo ad unum finem ordinatur homo per unam formam. Finis autem hominis est unus: scilicet felicitas. Ergo et virtus, quae est forma per quam homo ordinatur ad felicitatem, est una tantum.

3. Praeterea, formae et accidentia recipiunt numerum secundum materiam vel subiectum. Subiectum autem virtutis est anima, vel potentia animae. Ergo videtur quod virtus sit una tantum, quia anima est una; vel saltem quod virtutes non excedant numerum potentiarum animae.

ARTIGO 12

DÉCIMO SEGUNDO, SE PERGUNTA SE AS VIRTUDES SE DISTINGUEM ENTRE SI. PERGUNTA-SE SOBRE A DISTINÇÃO DAS VIRTUDES.¹⁴⁷

E parece que as virtudes não se distinguem corretamente.

1. Com efeito, as coisas morais recebem a espécie do fim. Portanto, se as virtudes se distinguem segundo a espécie, é necessário que isto seja em razão do fim. Ora, não em razão do fim próximo, porque deste modo haveria infinitas virtudes segundo a espécie. Logo, em razão do fim último. Ora, o fim último das virtudes é só um, a saber, Deus ou a felicidade. Logo, há uma só virtude.

2. Além do mais, a um fim se chega por uma só operação. No entanto, só uma operação é por uma só forma. Logo, o homem se ordena a um fim por uma só forma. Contudo, o fim do homem é um só: a saber, a felicidade. Logo, também a virtude, que é a forma pela qual o homem se ordena à felicidade, é uma só.

3. Além do mais, as formas e os acidentes se distinguem numericamente conforme recebem a matéria ou o sujeito. No entanto, o sujeito da virtude é a alma ou a potência da alma. Logo, parece que a virtude é uma só, porque a alma é uma só; ou ao menos [parece] que as virtudes não excedem o número

¹⁴⁷ Outros lugares: *S. Th.*, I-II, q. 62, a. 2; III *Sent.*, D. 23, q. 1, a. 4, q. a 3, ad 4; *De Verit.*, q. 14, a. 3, ad 9.

4. Praeterea, habitus distinguuntur per obiecta, sicut et potentiae. Cum ergo virtutes sint quidam habitus: videtur quod eadem sit ratio distinctionis virtutum et potentiarum animae; et sic, virtutes non excedunt numerum potentiarum animae.

5. Sed dicendum, quod habitus distinguuntur per actus, et non per potentias.- Sed contra, principiata distinguuntur secundum principia, et non e converso; quia ab eodem res habent esse et unitatem. Sed habitus sunt principia actuum. Ergo magis distinguuntur actus penes habitus quam e converso.

6. Praeterea, virtus necessaria est ad hoc quod homo inclinatur ad id quod est virtutis per modum naturae: est enim virtus, ut Tullius dicit, habitus in modum naturae rationi consentaneus. Ad id igitur ad quod ipsa potentia naturaliter inclinatur, non indiget homo virtute. Sed voluntas hominis naturaliter inclinatur ad ultimum finem. Ergo circa ultimum finem non est necessarius homini aliquis habitus virtutis; propter quod nec philosophi posuerunt aliquas virtutes quarum obiectum esset felicitas. Nec ergo nos debemus ponere aliquas virtutes theologicas, cuius obiectum sit Deus, qui est ultimus finis.

7. Praeterea, virtus est dispositio perfecti ad optimum. Sed fides et spes imperfectionem quamdam important; quia fides est de non visis, spes de non habitis, propter quod, *cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est*, ut dicitur I Cor. XIII, v. 10. Ergo fides et spes non debent poni virtutes.

das potências da alma.

4. Além do mais, os hábitos se distinguem pelos objetos, como também as potências. Logo, como as virtudes são certos hábitos: parece que a razão da distinção das virtudes e das potências da alma é a mesma; e assim as virtudes não excedem o número das potências da alma.

5. Mas se diz que os hábitos se distinguem pelos atos, e não pelas potências. - Mas, ao contrário, o que procede de princípios se distingue conforme os princípios, e não o inverso; porque as coisas têm o ser na unidade por si mesma. Ora, os hábitos são princípios dos atos. Logo, os atos se distinguem mais em razão dos hábitos do que o inverso.

6. Além do mais, a virtude é necessária para que o homem se incline ao que é próprio da virtude pelo modo da natureza: com efeito, a virtude é, como disse Túlio, um hábito no modo da natureza, conforme a razão. Portanto, o homem não necessita da virtude em relação àquilo até o que a potência mesma se inclina naturalmente. Ora, a vontade do homem se inclina naturalmente ao fim último. Logo, não é necessário ao homem nenhum hábito da virtude em relação ao fim último; por isso, que os filósofos não sustentaram que existem algumas virtudes cujo objeto seja a felicidade. Logo, nem nós devemos afirmar a existência de algumas virtudes teológicas, cujo objeto seja Deus, Quem é o fim último.

7. Além do mais, a virtude é uma disposição do perfeito para o ótimo. Ora, a fé e a esperança implicam certa imperfeição; porque a fé é relativa ao que não se vê, e a esperança ao que não se tem, por causa disso, *quando vier a perfeição, o que é limitado desaparecerá*, como se diz em 1Cor 13, 10. Logo, a fé e a esperança não devem incluir-se entre as virtudes.

8. Praeterea, ad Deum non potest aliquis ordinari nisi per intellectum et affectum. Sed fides sufficienter ordinat intellectum hominis in Deum, caritas autem affectum. Ergo praeter fidem et caritatem non debet poni spes virtus theologica.

9. Praeterea, id quod est generale omni virtuti, non debet poni specialis virtus. Sed caritas videtur esse communis omnibus virtutibus; quia ut dicit Augustinus in Lib. de moribus Ecclesiae, nihil aliud est virtus quam ordo amoris: ipsa etiam caritas dicitur esse forma omnium virtutum. Ergo non debet poni una specialis virtus inter theologicas.

10. Praeterea, in Deo non solum consideratur veritas quam respicit fides, vel sublimitas quam respicit spes, vel bonitas quam respicit caritas; sed sunt plura alia quae Deo attribuuntur: ut sapientia, potentia et huiusmodi. Ergo videtur quod sit vel una tantum virtus theologica, quia omnia illa unum sunt in Deo; vel quod sint tot virtutes theologicae, quot sunt quae attribuuntur Deo.

11. Praeterea, virtus theologica est cuius actus immediate ordinatur in Deum. Sed plura alia sunt talia: sicut sapientia quae contemplatur Deum, timor qui reveretur ipsum, religio quae colit eum. Ergo non sunt tantum tres virtutes theologicae.

12. Praeterea, finis est ratio eorum quae sunt ad finem. Habitis igitur virtutibus theologis, quibus homo recte ordinatur ad Deum, videtur superfluum ponere alias virtutes.

8. Além do mais, nada pode ordenar-se a Deus a não ser pelo intelecto e o afeto. Ora, a fé ordena suficientemente o intelecto do homem até Deus, e a caridade o afeto. Logo, além da fé e da caridade não se deve considerar a esperança como uma virtude teologal.

9. Além do mais, o que é comum a toda a virtude não se deve considerar como uma virtude especial. Ora, parece que a caridade é comum a todas as virtudes; porque como diz Agostinho no livro *Dos costumes da Igreja*¹⁴⁸, a virtude não é outra coisa que a ordem do amor: e inclusive a mesma caridade se designa como a forma de todas as virtudes. Logo, não se deve considerar como uma virtude especial entre as [virtudes] teologais.

10. Além do mais, em Deus não só se considera a Verdade [divina] à qual se ordena à fé, a Grandeza [divina] à qual se ordena à esperança, ou a Bondade [divina] à qual se ordena à caridade; mas que há muitas outras [perfeições] que se atribuem a Deus: como a Sabedoria, o Poder e outras semelhantes. Logo, parece que ou só há uma virtude teologal, porque todas aquelas [perfeições] são uma só em Deus; ou que há tantas virtudes teologais quantas são as [perfeições] que se atribuem a Deus.

11. Além do mais, a virtude teologal é aquilo cujo ato imediatamente se ordena a Deus. Ora, [há] muitas outras que são tais: como a sabedoria que se contempla em Deus, o temor pelo qual [Ele] mesmo é reverenciado, a religião pela qual se Lhe venera. Logo, as virtudes teologais não são só três.

12. Além do mais, o fim é a razão de ser do que é para o fim. Portanto, possuindo as virtudes teologais pelas quais o homem se ordena retamente a Deus, parece supérfluo afirmar [a existência] de outras virtudes.

¹⁴⁸ AGOSTINHO, *De moribus Ecclesiae*, I, 15, 25.

13. Praeterea, virtus ordinatur ad bonum: est enim virtus quae bonum facit habentem, et opus eius bonum reddit. Sed bonum est tantum in voluntate et in appetitiva parte; et sic videtur quod non sint aliquae virtutes intellectuales.

14. Praeterea, prudentia est quaedam virtus intellectualis. Ipsa autem ponitur inter morales. Ergo videtur quod morales virtutes non distinguantur ab intellectualibus.

15. Praeterea, scientia moralis non tractat nisi moralia. Tractat autem scientia moralis de virtutibus intellectualibus. Ergo virtutes intellectuales sunt morales.

16. Praeterea, id quod ponitur in definitione alicuius, non distinguitur ab eo. Sed prudentia ponitur in definitione virtutis moralis: est enim virtus moralis, habitus electivus in medietate consistens determinata secundum rectam rationem, ut dicitur II *Ethic.*: ratio enim agibilium est prudentia, ut dicitur VI *Ethic.* Ergo morales virtutes non distinguuntur a prudentia.

17. Praeterea, sicut prudentia pertinet ad cognitionem practicam, ita et ars. Sed praeter artem non sunt aliqui habitus in appetitiva parte ordinati ad operandum artificialia. Ergo pari ratione nec praeter prudentiam sunt aliqui habitus virtuosos in appetitu ad operandum agibilia; et ita videtur quod non sint aliquae virtutes morales distinctae a prudentia.

18. Sed dicendum, quod ideo arti non respondet aliqua virtus in appetitu, quia appetitus est singularium, ars autem universalium.- Sed contra, Aristoteles dicit II *Ethic.*, quod ira semper

13. Além do mais, a virtude se ordena para o bem: pois a virtude é o que faz bom aquele que a possui, e torna boa a sua obra. Ora, o bem está só na vontade e na parte apetitiva; e desta maneira parece que não há quaisquer virtudes intelectuais.

14. Além do mais, a prudência é certa virtude intelectual. No entanto, ela mesma se encontra entre [as virtudes] morais. Logo, parece que as virtudes morais não se distinguem das intelectuais.

15. Além do mais, a ciência moral não trata senão das coisas morais. No entanto, a ciência moral trata das virtudes intelectuais. Logo, as virtudes intelectuais são morais.

16. Além do mais, o que se inclui na definição de algo não se distingue deste. Ora, a prudência se inclui na definição da virtude moral: pois a virtude moral é o hábito de eleição que consiste no meio [termo] determinado segundo a reta razão, como se diz no livro II da *Ética*¹⁴⁹: com efeito, a prudência é a razão do agir, como se diz no livro VI da *Ética*¹⁵⁰. Logo, as virtudes morais não se distinguem da prudência.

17. Além do mais, assim como a prudência se refere ao conhecimento prático, assim também a arte. Ora, além da arte não há outros hábitos na parte apetitiva ordenados a agir nas coisas artificiais. Logo, por uma razão semelhante, nem há hábitos virtuosos no apetite para agir no operável além da prudência; e assim parece que não há virtudes morais distintas da prudência.

18. Mas se diz que por isso [o que se toma do argumento precedente,] não corresponde à arte alguma virtude no apetite, porque o apetite é das coisas singulares, mas a arte das universais. -

¹⁴⁹ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, II, 6, 1106 b 35.

¹⁵⁰ ARISTÓTELES, *Ethica Nicomachea*, VI, 5, 1140 b 20-21.

est circa singularia: sed odium est etiam universalium; habemus enim odio omne latronum genus. Odium autem ad appetitum pertinet. Ergo appetitus est respectu universalium.

19. Praeterea, unaquaeque potentia naturaliter tendit in suum obiectum. Obiectum autem appetitus est bonum apprehensum. Ergo appetitus naturaliter tendit in bonum ex quo est apprehensum. Sed ad apprehendendum bonum sufficienter nos perficit prudentia. Ergo praeter prudentiam non est necessarium nos habere aliquam virtutem aliam moralem in appetitu, cum ad hoc sufficiat inclinatio naturalis.

20. Praeterea, ad virtutem sufficit cognitio et operatio. Sed utrumque horum habetur per prudentiam. Ergo praeter prudentiam non oportet ponere alias virtutes morales.

21. Praeterea, sicut appetitivi habitus distinguuntur penes obiecta, ita et habitus cognoscitivi. Sed de omnibus moralibus est unus habitus cognoscitivus, vel scientia moralis circa omnia moralia, vel etiam prudentia. Ergo et una tantum est in appetitu virtus moralis.

22. Praeterea, ea quae conveniunt in forma, et differunt solum in materia, sunt unum specie. Sed omnes virtutes morales conveniunt secundum id quod est formale in eis, quia in omnibus est medium acceptum secundum rationem rectam; non autem differunt nisi penes materias. Ergo non differunt specie, sed numero tantum.

23. Praeterea, ea quae differunt

Mas, ao contrário, diz Aristóteles no livro II da *Ética*¹⁵¹, que a ira sempre é relativa às coisas singulares: porém o ódio também versa sobre as coisas universais; com efeito, temos ódio contra todas as classes de ladrões. No entanto, o ódio pertence ao apetite. Logo, o apetite é relativo às coisas universais.

19. Além do mais, cada potência tem naturalmente o seu objeto. No entanto, o objeto do apetite é o bem apreendido. Logo, o apetite tem naturalmente o bem a partir do que é apreendido. Ora, a prudência nos aperfeiçoa suficientemente para apreender o bem. Logo, não é necessário que tenhamos alguma outra virtude moral no apetite além da prudência, pois em relação a ele [isto é, em relação ao bem da parte apetitiva] é suficiente a inclinação natural.

20. Além do mais, o conhecimento e a operação são suficientes para a virtude. Ora, ambos são obtidos pela prudência. Logo, além da prudência não é necessário afirmar a existência de outras virtudes morais.

